

R.R. II 201

Bibliotheca



Palatina  
Düſeldor-  
piensis.



Donné à la Bibliothèque Electorale  
Par

Mr. Gerckrath comme avocat legal

Dusseldorf le 26. avril 1779.

3. 237r

GII MEL  
LUDC  
RMS JUDIC  
ASSESSOR  
ARIA  
ER V  
M FO  
SIUM  
LIBE  
  
WETZL  
NICOLA  
ANNO MI



GEORGII MELCHIORIS  
DE LUDOLFF  
IMPERIALIS JUDICII CAMERÆ  
ASSESSORIS  
VARIARUM  
OBSERVATIO-  
NUM FOREN-  
SIUM  
LIBER.



---

WETZLARIÆ,  
Impensis & Typis NICOLAI LUDOVICI WINCKLERI.  
ANNO MDCC XXX.

GEORGI MELCHIORIS

ET LUDOLFI

IMPERIALIS IUDICI CAMERAE

ASSESSORIS

VARIA RUM

OBSERVATIO

NUM FOREN-

SIVM

LIBER



METZLARI

ANNO MDCCXXX

Vertical text on the right edge of the page, including 'AUGU', 'NICA', 'ULLU', 'OM', 'ATC', 'OLLEGI', 'RORE ET', 'NOVE @', 'STEIN K', 'UUCT', 'miratis', 'illum p', 'Nimmi', 'tinet no'





AUGUSTI  
 JUDICII CAMERALIS  
 PERILLUSTRIBUS  
 DOMINIS  
 SENATORIBUS  
 COLLEGIS SUIS  
 OMNI HONORE ET OBSERVANTIA  
 PROSEQUENDIS  
 ΕΥ ΠΡΑΤΕΙΝ ΚΑΙ ΧΑΙΡΕΙΝ  
 AUCTOR.

**R**ermittatis, quæso, *DOMINI*,  
 libellum præsentem dedicari  
 Nomini Vestro. Cum enim sit  
 jam dudum inter nos non Collegii modo  
 \* 2 & Se-



EPISTOLA

& Senatus consuetudo, sed etiam honoris mutui & amicitiae; æquum esse putavi, ut erga vos amoris mei, studii atque obsequii, præter alia, hoc etiam qualecunque extaret testimonium publicum. Agnoscetis facile, Observationes non esse natas hoc quem agimus anno, vel proxime præcedentibus, sed ab ineunte A. MDCCXI. officio meo Senatorio, cum, si quid memoria dignum occurrebat, ego annotare solitus fuerim. Quas schedas adversarias, horis succisivis cœpi relegere, delectum ex iis facere, & prout nonnullæ digniores videbantur, dilatare. Earum partem aliquam præsens exhibet libellus. Pleræque materiae tractatæ fuerunt cum consilio vel Antecessorum, vel Vestro. Debebatur ergo, quod Vestrum etiam est, Vobis reddi. Neque vero conscriptæ sunt Observationes ad Vos docendos,



DEDICATORIA.

dos, qui scitis easdem, vel componere  
similes, & fortassis collegistis præstan-  
tiores: neque etiam ea vanitate, ut au-  
toritatis aliquid arrogarem mihi vel  
præcellentiæ: sed memoriæ gratia,  
cum primis ut mihi ipsi, quæ vel bre-  
vioribus verbis exposueram, vel auscul-  
tando acceperam & secutus fueram,  
amplioribus rationibus constarent. Ali-  
qua, non multa tamen ex votis proli-  
xioribus meis sunt decerpta: Quædam  
historiæ gratia videbantur notatu dig-  
na. Vobis vero, *DOMINI*, non ingra-  
tum fore spero, si etiam ea, quæ Vestri  
cum meo conjuncti laboris & consilii  
fuerunt, indictis, ut videtis, causarum  
(una alterave exceptâ) rubricis & perso-  
nis, commemorarentur. Fuisse olim  
magna celebritate viros, qui rerum à se  
ipsis gestarum historias conscripsere, eru-  
diti sciunt omnes: Plures vero, qui hoc



EPISTOLA

fieri ab aliis passi sunt libenter. Si grata est memoria rerum bello præclare gestarum, cur non etiam negotiorum peractorum in militia nostra togata? Equidem non metuendas hic esse puto objectiones, à quibus cavendum sibi putavit in præfatione ad Observationes suas *Mynsingerus*, Jurisprudentiæ Cameralis, (licet ipse octo tantum annis ab A. MDXLVIII. usque MDLVI. officium Assessorium gesserit) illustrator primus. Forensium enim rerum notitia nulli hominum quidquam adfert detrimenti, sed publicæ rei est utilis. In secretis habebantur multa olim, quæ ut scirentur tempore sequiore, etiam ii, quorum res administrata fuerat, ægre non tulerunt. Nimium, ut verbis *Mynsingeri* utar, arcana non sunt neque dici possunt, quæ in utramque partem à litigantibus, eorumque patronis disputata, tandem publica judi-

can-



## DEDICATORIA.

cantium pronuntiatione sunt definita. Hæc si in arcanis ponenda forent, & in perpetuo quasi carcere recondenda, per varios casus facile peritura, carendum nobis esset præclaris rerum forensium monumentis, à priscis Antecessoribus celeberrimis relictis. Taceo de aliis celeberrimis rerum forensium operibus, quorum notitia usuque fruimur & gaudemus. Modum ea in re tenendum esse agnosco, discernendas & personas & materias, temporis etiam rationem habendam, ut nihil fiat temerè vel inconsideratè. Hanc ego legem mihi proposui diligenter observandam. Sæpius autem hæc mentem meam subiit cogitatio, quotiescunque utimur operibus Jurisconsultorum celebriorum, cur non etiam decisiones causarum celebriorum in supremo Camerali Archi-Dicasterio ventilatarum ad usum publicum colligeren-



EPISTOLA

rentur & ederentur? Difficultatem rei docuit experientia ex ipsius Judicii hujus constitutione proveniente neque superandam. Quotusquisque enim est nostrum (idem de Antecessoribus nostris dicendum) qui causarum huc deductarum sive extrajudicialium sive judicialium notitiam habeat vel habere possit universalem, & accuratam? Quæ in unoquoque Senatu tractantur, sciunt nonnisi qui intersunt. Reliquis Senatoribus ea omnia sunt ignota neque curæ, nisi fortuito casu accipiant notitiam, eamque defunctoriam. Si quis fatigatus lectione, digestionem, vel auscultatione & meditatione causarum ab advocatis sæpius confusissima & inutili verbositate defensorum, paucissimi enim ut loquitur Plinius *lib. 6. Epistol. 22.* agunt <sup>ναὐτὸν κριτικῆς</sup> <sup>λαία</sup> quo genere veritas statim ostenditur) quandoque ab ipsis Judicibus inferioribus



## DEDICATORIA.

bus perplexe administratarum, ad pri-  
vata Studia, queis & animus recreatur  
& officii facultas confirmatur, digredi  
voluerit, faciet quidem rem & sibi &  
aliis utilem, legi etiam nostræ *Parte 1.*  
*tit. 13.* (sive *tit. 19. §. 3.*) minime con-  
trariam; Non tamen est cujusvis, ne-  
que ullius hominis quovis tempore ea à  
laboribus firmitas, alacritas, patientia,  
ut etiam ad annotationes & lucubrati-  
ones privatas animum adducere possit,  
aut, quod non est necessarium, velit.  
De utilitate tamen operis istiusmodi  
*Decisionum Imperialis Collegii*, quod  
animo saltem concipere licebit, non fu-  
turum credo, qui dubitet. Certe non  
minore, imo multo majore cum ap-  
plausu suscipietur, quam *libri Decisionum,*  
*Observationum, Definitionumque,*  
quas de rebus Forensibus ediderunt *Myn-*  
*singerus, Gailius, Carpzovius, Mevius*  
alii-

★★

alii-



## EPISTOLA

aliquae Jurisprudentiae Antistites Germani Et, si jam dudum fuit Jctorum Italorum, Hispanorum, Gallorumque gloria, quod auctoritate eorum Germani utantur frequentissime; Quare non opera esset danda, ut in forensibus negotiis non sit amplius opus accersitis peregrinorum subsidiis. Deinde insigne foret monumentum publicum & immortale dextre & sincere administrationis Justitiae, tantaque aequitate, ut eam imperiti etiam agnoscant, victi Judicio fateantur & iniqui vereantur: Illustre, inquam, gloriae nostrae quaesitae & acquisitae testimonium. Quo etiam absterrentur ii, qui fortassis labores nostros ceu leves, decisionesque arbitrarias invidenter & imperitissime fugillare non erubuerint. Tametsi enim inter graviores, etiam parvi momenti decisiones quandoque occurrant, & sententiarum  
nume-



## DEDICATORIA.

numerum impleant, hoc tamen ad litigantium mores & impatientiam vel contumaciam, vel etiam defensorum negligentiam & imperitiam pertinet, ut in iis Judicis officium sit necessarium. Plurima vero laborum pars in negotiis arduis versatur & difficilibus, neque de Camera Imperiali quisquam bonæ fidei & veritatis amans dicere poterit aut existimare, quod de Parisiensi Curia suo tempore narravit Vir doctissimus *Franciscus Duarenus*. \* Abduceret porro ab

\*\* 2

erro-

\* Verba Duareni in *Epistola ad Sebastianum Albasineum* sunt hæc: *In Basilica Parisiensi ad tres annos libenter versatus sum: tametsi ut verum fatear, inmodicos ac prope inexplicabiles litium anfractus, quibus illud Forum præ cæteris abundat magis, quam lites ipsas ac Judicia, quibus humanum genus carere non posse videtur, perinvitus, neque absque ingenii fastidio illic viderim. Vix enim credibile est quanta ibi hominum eorumque gravissimorum & lectissimorum multitudo, quam minutis & pusillis in rebus quotidie occupata sit. Ac ut de amplissimo purpuratorum Patrum ordine ac conventu loquar, num tibi videntur pleraque eorum Judicia quæ statim legitimisque diebus a's en re-  
m s' palam eduntur, non dicam Augusto illo consessu, sed infimo aliquo Tribunali satis digna esse?*



## EPISTOLA

errore opus tale modestiores alios, qui de Juris Justiniani & glossatorum Studio nimio neglectoque Jure Patrio in definiendis controversiis, vel de contrariis decisionibus, arguendos nos putaverint simili censura, quam Antecessores Camerales priscos non effugisse constat. (a) Tandem faceret ad reprimendam quorundam temeritatem, qui rerum judicatarum exempla (præjudicia vocant) ex sententiarum pronunciatarum tenore, & male divinatis rationibus decidendi sibi formant, tum vero allegatione in posteros derivata, lectoribus imponunt: quandoque ipsos Judices contrarietatis insimulare non erubescunt. Horridum esse vocabulum *Præjudicii* ad convellendam Judicum libertatem inventum, dixit quondam Advocatus & Procurator Camerae doctrina  
non

(a) vide *Supplementum primum pag. 395. seqq.*



## DEDICATORIA.

non vulgari *Johannes Deckherrus*, qui etiam in Præfatione Collectioni suæ sententiarum præmissa, & passim in Vindiciis quam graviter in positionibus variis & in allegatis præjudiciis erraverit Blumius, notavit: ipse tamen Deckherrus, an acu rem tetigerit ubique, affirmare nolim. (b) Quam magni vero ex arreptis promiscue præjudiciis extiterint jam dudum & committantur quotidie errores, ignotum nobis non est. Hinc occasio olim fuit *Hermanno Vultejo* Jcto Hassiaco, *Joanni Fichardo* Jcto in civitate Imperiali Francofurtensi, & *Ernesto Cothmanno* Jcto Megapolitano de auctoritate præjudiciorum Cameralis Judicii non magnifice sentiendi. (c) Proinde non erit valde obscura ratio *Legis Cameralis part. 1. tit. 20. §. 6. 7. ex Memor. Visitat. Anno 1585. §. 5. &*

\*\*  
3

Anno

(b) vide *Supplementum primum pag. 397. seq.*

(c) vide *Supplementum primum pag. 402. seqq.*



## EPISTOLA

*Anno 1586. §.2.* ubi prohibetur inquitio præjudiciorum intempestiva. Cum enim eo tempore Assessores plerique, auctoramentis Cameralibus modice constitutis, ad mutationem officii circumspicerent & amplecterentur utiliora, licet dignitate inferiora; fieri poterat facile ut ex collectis à quibusdam, absque adhibita inter labores ordinarios cura sufficiente, rerum judicatarum exemplis, alii ea verterent ad abusum & applicationem erroneam. Nihil frequentius in libris eorum qui res forenses Camerales attigerunt, quam provocatio ad præjudicia, tanquam ad normam decidendarum controversiarum. Et ea quidem, quæ *in Tomo III. Symphorem. Pseudonymi Adriani Gylmanni* ordine alphabetico, Auctore incerto, collecta leguntur, historiam forensis intempestatis referunt non absque utilitate.

Mul-



## DEDICATORIA.

Multa congeffit *Rulandus* in opere præclaro de Commissariis, ad substratam materiam facientia. *Rosenthalio* cum opus vastissimum de Jure Feudali componeret, ipse vocat *Synopsin*, an fuerit ea quam laudat in Præfatione, & acceptam fert *Joanni Nervio* Ex-Assessori, notitia rerum sufficiens, ex quibus præjudicia magno numero decerpfit, graviores sunt causæ dubitandi, quam credendi. Vereor ne etiam de aliis sentiendum sit idem. Erat autem ejus temporis mos, quo regnum ferè tenebat præjudiciorum studium: in consultando & respondendo Doctorum consentientium numerus, insuper habitis opinionibus quas probassent pauciores. Hinc sententiarum communium contra communes conflictus. Cum tamen examine instituto reperiretur sæpius casus à casu diversissimus. De *Michaele*  
*Grasso*



EPISTOLA

*Grasso* communium opinionum Col-  
 lectore *Joh. Fichardus volum. 1. consil. 15.*  
 ait, ita inaniter & falso allegasse aucto-  
 res, ut dejerare sancte auderet *Fichar-*  
*dus*, nullum istorum quos allegat in-  
 spexisse. Neque etiam Imperialis Ca-  
 meræ Assessores nonnullos à conquiren-  
 do magno numero Doctorum consen-  
 tientium temperasse sibi, ex *Votis in*  
*Symphoremate Gylmanniano*, & *Colle-*  
*ctione Klockiana*, *Meichsneri Decisioni-*  
*bus*, imo ipso *Mynsingero* & *Gailio* pa-  
 tescit, quanquam alius alio fuerit mo-  
 deratior. Hanc fuisse causam reor,  
 quod collectionem quæstionum con-  
 troversarum cum Resolutione Collegii  
 Cameralis universi, fieri voluerint Legis-  
 latores *in Recessu Imper. Anno 1570.*  
*§. Damit aber aller Veränderung re. 77.*  
 qui locus insertus *Codici Ordinationis*  
*novæ*, vulgò *Concepti*, *part. 1. tit. 16.*

§. 5.



## DEDICATORIA.

§. 5. Et fuere quidem capita multa ad Processum cumprimis spectantia in Consultationibus Cameralibus congesta, & decisa per *Recess. Imper. Anno 1594. & Deputatorum Anno 1600.* Alia in articulis Juris inter Doctores controversis mansere intacta, & collectio quæstionum hucusque effectum non habuit, sed in decidendis causis Assessores judicio suo, circumstantiis facti respondentis, & officio sunt functi. Effugere tamen non potuerunt querelas vel litigantium vel Advocatorum acsi contraria ferrent in casibus similibus decreta & judicata, cum tamen factorum æqualitas sit rara, decisionum vero rationes à causarum patronis divinatæ magis essent quam recte intellectæ & perceptæ. (d) Mirandum ergo est quod recentiori etiam ætate *Jacobus Blumius* is esse voluerit,

\*\*\*

(d) vide *Supplementum primum pag. 406. seqq.*



## EPISTOLA

luerit, qui tradita sua *in libro de Processu Camerali* tanquam doctrinam securam & præjudiciis suffultam venditaret, persuadens lectoribus in Præfatione *ad Chiliadem Sententiarum* ex libris suis non posse non cognosci totius Processus Cameralis scientiam. Teme-  
re satis & arroganter! Ita scilicet, cum Assessores ipsi Jurisprudentiam scriptis publicis exornare desiissent, Advocati Camerales & nescio qui sequioris subfelli notatores, glossematum alienorum usurpatores, licet nullis rebus forensibus tractandis præfuerint unquam, eam quam non habuere, sumfere sibi docendæ Jurisprudentiæ forensis Cameralis vim atque auctoritatem: cum aliis, quorum doctrinæ, experientiæ, modestiæ etiam perpetua erit in terminis suis celebritas, minime comparandi. \*\*

Sed

\*\* De *Frideri Mindani, Schwanemanni, Rulandi* aliorumque  
qui



## DEDICATORIA.

Sed quorsum abducunt me cogitationes  
suaves de corpore Decisionum Camera-  
lium universali, inter labores singulorum  
Senatorum concatenatos nunquam spe-  
rando? sive ad morem Decisionum *Ro-  
tæ Romanæ*, sive Discursuum *Cardinalis  
de Luca* in Theatro Veritatis & Justi-  
tiæ, sive Definitionum forensium *An-  
tonii Fabri & Carpzovii*, sive corporis  
Celeberrimi Decisionum *Wismariensi-  
um Dav. Mevii* esset adornandum. Uni-  
us hominis iste non foret labor, pluri-  
um vero inconstans & inæqualis. Mit-  
tendæ ergo sunt hujus rei cogitationes  
omnes, & si non licet frui operibus, non  
spernenda interim opuscula. Redeo ad  
libellum præsentem. Quidquid eorum  
ullus qui summarum Curiarum Deci-  
siones

\*\*\* 2

qui Camerali Judicio addicti non fuerunt Operibus, vid.  
*Deckherrum in Bibliotheca Camerali*, qui etiam de *Blu-  
mio* quod causis tractandis operam non dederit, testa-  
tur. De *Rodingo*, nos diximus *supra pag. 381. seq.*



## EPISTOLA

fiones conscripserunt, pro impulsiva causa habuit & obtendit, (liceat mihi verba nonnulla *Mevii* in Præfatione ad opus Decisionum, etsi opusculum hoc cum illo comparere nolim, facere mea) ego quoque allegare possum: nisi forte quisquam pro ingenio ostentando calamum expedit, quod ut in me exiguum agnosco, ita laudare nec possum neque volo. De materia Observationum hoc indicandum putavi, accidisse mihi, credo etiam experiri quemcunque nostrum, quod usu venit peregrinantibus, qui in diversoriis quibusdam prandendi causa comorantur, in aliis pernoctant, in nonnullis per aliquot dies consistunt, alia obiter tantum ac prætergredientes aspiciunt, in horto florem decerpunt, tandem reversi in suis penatibus degunt; \*\*\*

Ita

\*\*\* Desumptum est simile ex fragmentis quæ supersunt scriptorum veteris Historici & Philosophi, Nicol. Damasceni *de Studiorum cursu, conservatis à Peirescio in Excerptis pag. 416.*




## DEDICATORIA.

Ita in rerum forensium studiis , immo-  
rari solemus quibusdam brevius, aliis diu-  
tius, aliqua delibare , alia tanquam flos-  
culos decerpere , & ad Observationes  
privatas referre , in aliis vero, quæ labo-  
re justo opus habent, tanquam domi &  
in negotio primario considerare. Cæte-  
rum intentioni meæ contrariam substi-  
tuet omnis , qui Observationibus hisce  
præjudiciorum loco in aliis circumstan-  
tiis uti voluerit. Quæ res decisas re-  
ferunt , non aliter quam pro exemplis  
ad negotii naturam & facti historiam  
propositam sunt habendæ. Positiones  
Juridicæ generales ex ipsis rerum argu-  
mentis excerptæ , vel Observationes hi-  
storicæ, ad diversas in facto speciali cir-  
cumstantias male applicabuntur. Ne-  
que enim ulli causæ, aut iudicio meliori  
fines ponere, meum fuit consilium, ne-  
que is ego sum , qui naturalem ho-  
minis



## EPISTOLA DEDICATORIA.

minis imbecillitatem, ipso Justiniano  
eam confitente, *l. 2. §. 14. Cod. de vet.  
Fur. emuleand.* in me agnoscere no-  
lim. Ad Indicem materiarum confici-  
endum ab ordinariis laboribus otium  
non habui, & in libro tam parvæ molis  
opus non esse crediderim. Ut tamen  
iis qui Indices desiderare solent, satis-  
fieret aliquo modo, operam hanc de-  
mandavi amanuensi. Quod superest,  
quemadmodum ego meliora à quo-  
cunque libenter sum accepturus, ita  
studiorum meorum, & si quæ est, dili-  
gentiæ favorem à Vobis, *DOMINI*,  
peto, & de benevolentia Vestra  
optime sperare volo.



INDEX



) o (

---

## INDEX OBSERVATIONUM.

Observat.	Pag.
I. <b>D</b> E revocandis <i>Attentatis extrajudicialiter vel judicialiter: Ubi de iis, quæ tempore Justitii exorta. Usus Literarum pro Informatione.</i>	1
II. <i>De recursu partis victricis ad Judicem priorem tempore Justitii: vel ad Imperatorem ipsum.</i>	7
III. <i>De Idiomate in Judiciis Imperii usitato. Unde exortus Latinæ Linguæ usus cum primis in Judiciis Officialium?</i>	14
IV. <i>Pro utilitate &amp; justitia Remediorum Juris Possessoriorum.</i>	22
V. <i>Officialis Paderbornensis exercet in Causis Civilibus Jurisdictionem immediatè subordinatam Judiciis supremis Imperii.</i>	31
VI. <i>Forum Contractus sortitur Reus extra domicilium, si in illo deprehendatur. Neque defenditur Privilegio de non evocando, quod in loco domicilii viget.</i>	33
VII. <i>In causa Spolii hinc inde suscepti variæ Exceptiones rejectæ.</i>	36
VIII. <i>Feudi Solaris exemplum.</i>	37
IX. <i>Clausulæ Cautiois in Mandatis Procuratoriis effectus.</i>	39
X. <i>Quando contra Tutorem &amp; in ejus Bona propria fieri possit Executio judicati.</i>	40
XI. <i>Testamentum Avix per Agnationem Nepotis ex Filio ruptum, adjectâ Clausulâ Codicillari non sustinetur ad vim Fideicommissi.</i>	41
XII. <i>Actio negatoria Servitutis usufructus in Pactis Dotalibus constituti stabilita vi Clausulæ Salutaris Libelli.</i>	42
XIII. <i>Singularia quædam de Natura Feudorum in Ducatu Juliacensi &amp; Montensi. In Archiepiscopatu Coloniensi. In Episcopatu Monasteriensi.</i>	44
XIV. <i>Pa-</i>	



# INDEX

Observat.	Pag.
XIV. <i>Paritoriarum sive Monitoriorum ad parendum post Sententiam definitivam usus. Mandata de exequendo quomodo petenda &amp; decernenda.</i>	47
XV. <i>Electio Fori Domicilii vel Contractus, ubi alterutrum habet locum, Ad Fori est libera. Forum Contractus quando contra Absentem fit fundatum.</i>	51
XVI. <i>Exemplum cassatorum Mandatorum binorum: quorum prius non erat reproductum, alterum verò respectivum ad præcedens.</i>	52
XVII. <i>Statutum in verbis dispositivis deficiens suppleri debet atque explicari juxta Jus Commune, speciatim in casu Successionis Conjugum, &amp; Statuto Civitatis Wormatiensis.</i>	54
XVIII. <i>In Actione Servitutis negatoria, qui in Possessione intentionem fundat, oneri probandi se subjicit.</i>	56
XIX. <i>Probationis Modi per Transactionem coarctari possunt.</i>	56
XX. <i>Urbis Imperialis Isnensis Immedietatis origo: &amp; exemptio à Judicio Provinciali Sueviæ.</i>	58
XXI. <i>Processus Nunciationis novi Operis in Camera Modus, Exempla, Termini, Cautelæ.</i>	66
XXII. <i>Fratres Feudum pro indiviso tenentes, succedunt sibi invicem, &amp; altero defuncto superstes in continuata possessione manutenendus.</i>	70
XXIII. <i>Si Vasallus ob culpam Feudo privatus, Investituram ejusdem Feudi tanquam novi obtinuerit, ex antiquo fit novum. Formula: ex nova gratia non est semper indicium Feudi ex antiquo in novum mutati.</i>	72
XXIV. <i>Exceptionum ab imputatione anatocismi casus legitimi.</i>	73
XXV. <i>Illustratio Observationis vulgo Anti-Marillianæ quartæ, &amp; Magenhorstianæ centesimæ, de Jurisdictione Cameræ in prima Instantia propter Correos diversæ Fori.</i>	75

XXVI. Vi-



# OBSERVATIONUM.

Observat.

Pag.

- XXVI. *Vitium visibile Testamenti ad effectum L. ult. Cod. de Edict. Div. Hadr. tollend. habitum non fuit, si Testes non viderint Testatorem subscribentem Testamentum, viderint tamen inscribentem involucro, quod in eo contineretur suum Testamentum. Ad involucrum non esse necesse chartam signatam.* 79
- XXVII. *Vitium visibile Testamenti accipiendum de eo, quod in oculos Jurisperitorum incurrit. Est autem vitium etiam in materia Testamenti, puta, si Testator de re aliena disposuisset pro parte.* 81
- XXVIII. *Clausula Pacti Reservatorii Hereditatis auf einen ledigen Anfall non extinguitur per aliam generalem Clausulam renunciatoriam in actu diverso.* 83
- XXIX. *Instrumentum Notarii ex Imbreviatura sive Protocollo defuncti cujusdam Notarii factum, nisi de omnibus circumstantiis constet, fidem non habet. Per Clausulam Codicillarem Testamentum ob preteritionem Filiae nullum, in vim Fideicommissi non sustinetur.* 85
- XXX. *Hereditas occisi aufertur Parricide tanquam indigno, & accrescit Fisco, nisi hic Jus suum dereliquerit.* 86
- XXXI. *Renunciatio Hereditatis Paternae ab uno Filiorum, cum Ecclesiasticam Vitam elegisset, facta dem Manns-Stamm zum besten non excludit Filias existente casu Lineae Masculinae, in quem servatus erat Filiabus regressus.* 87
- XXXII. *Conditio Hereditatis renunciatae transmittitur ad Haeredes, cum primis in Hereditate jam quaesita, etiam Testamentarios; Quidsi Testamentarius renunciaverit, quomodo facienda inter plures Divisio.* 89
- XXXIII. *Superioritas Territorii in Imperio Romano-Germanico in omnibus Provinciis eodem modo non est comparata, neque in omnibus partibus exerceri potest, sed variis in locis est limitata.* 91

\*\*\*\*

XXXIV. In



# INDEX

Observat.		Pag.
XXXIV.	<i>In Querela Nullitatis in causa Civili, quid à Judice observandum.</i>	96
XXXV.	<i>De Exemptione Personarum Cameralium à Jurisdictione Urbica. Ubi etiam de Consiliariis Principum.</i>	102
XXXVI.	<i>De vi &amp; potestate Saisiniæ Leodiensis.</i>	106
XXXVII.	<i>Vulneratæ per Sententiam provisionalem in Summarissimo Possessorio causæ restitutio, per Sententiam definitivam in Petitorio, à tertiis Personis instituto, ob eandem vincendi rationem.</i>	109
XXXVIII.	<i>Executio quomodo suscipienda, si in loco Domicilii Nobilis, Jurisdictio sit controversa inter Comites quosdam Imperii &amp; Collegium Nobilitatis immediate.</i>	113
XXXIX.	<i>Per Mandatarium ad aliud negotium constitutum non acquiritur Possessio. Neque hæc Jure communi transfertur ipso Jure. Opus ergo est Hæredi scripto remedio adipiscendæ.</i>	115
XL.	<i>Substitutio vulgaris non præsumitur si ex mente Testatoris colligatur Fideicommissaria. Actio ex L. fin. Cod. de Edict. Div. Hadrian. tollend. cedi potest. Et datur Actio utilis Jure cesso.</i>	116
XLI.	<i>Actus à causa qua quis ad gerendum negotium fuit permotus Interpretationem recipit.</i>	119
XLII.	<i>Successor in dignitate Ecclesiastica mala fide Antecessoris oneratur.</i>	121
XLIII.	<i>Appellatio admittitur à Sententia per quam rejiciuntur Exceptiones in ordine anteriorem cognitionem requirentes.</i>	122
XLIV.	<i>Judex conjungendo cognitionem Petitorii cum Possessorio, recte facit &amp; pronunciat.</i>	124
XLV.	<i>Inutile non est Instrumentum Notarii quod testatur de apprehensa à se pro alio, vi Mandati, Possessione.</i>	124
	XLVI. <i>Æsti-</i>	



# OBSERVATIONUM.

Observat.	Pag.
XLVI. <i>Æstimatio Census redimibilis &amp; perpetui.</i>	125
XLVII. <i>Contractus &amp; qualiscunque Conventio à minore celebratus coram Judice, nullitate non laborat. Neque etiam si Jusjurandum accesserit.</i>	126
XLVIII. <i>Juramentum Calumnie speciale delatum, in omni cause controversæ articulo præstandum est. Etiam in Judicio Manutentionis.</i>	126
XLIX. <i>Quomodo dicatur Sententia absque cause cognitione lata, &amp; ideo nulla.</i>	127
L. <i>Appellatio à Sententia in Possessorio externa specie lata, cum tamen faciat Præjudicium Petitorio, non impeditur per Privilegium.</i>	128
LI. <i>Prohibitio de non solvendo Reditum consuetum pro simplici Spolio reputatur. Quando Jurisdictio Camera fundari possit ob prohibitionem talem.</i>	129
LII. <i>Summa Revisionis in Reditibus annuis quomodo computanda.</i>	130
LIII. <i>Jurisdictio Camera in causis Ecclesiasticis propriè sic dictis non fundata.</i>	130
LIV. <i>Inutiliter Supplicationes in Camera exhibentur pro Mandato de concedenda Revisione secunda, in causis non appellabilibus.</i>	131
LV. <i>Varii Effectus qualitatis cause vel individue vel dividue.</i>	132
LVI. <i>Comparatio Literarum quando admittatur.</i>	135
LVII. <i>Litis Præventio requirit idem litis objectum.</i>	136
LVIII. <i>Origo Formulæ pronunciandi, qua rejiciuntur Gravamina tanquam non relevantia. Et qualis hodie ejusdem usus.</i>	138
LIX. <i>Ad Remedium Nullitatis ob causas leves frustra confugiunt qui Appellationem neglexerunt.</i>	139
LX. <i>Obscuritas Advocatorum &amp; verboritas in exponendis causarum meritis notatur. Clausulæ salutaris effectus.</i>	140

\* \* \* \* 2

LXI. *Que*



# INDEX

Observat.		Pag.
LXI.	<i>Quae dicantur Exceptiones altioris indaginis.</i>	142
LXII.	<i>Juramentum Tutelare etiam à Tutoribus honorariis præstandum.</i>	143
LXIII.	<i>Differentia Mandati de solvendo à Mandato de dimittendo hypothecam.</i>	143
LXIV.	<i>Non locum habet Citatio ex L. diffamari. Cod. de ingen. manumiss. si Actio in eo Foro non esset fundata.</i>	145
LXV.	<i>Jus Retractus ex Consanguinitate etiam locum habet in venditione sub hasta à Venditore liberè facta.</i>	146
LXVI.	<i>Jus Retractus ex vicinitate Prædii, non nisi Statuto, vel Moribus Loci, obtinet. Non verò inter Personas qua Statuto tali non obligantur.</i>	147
LXVII.	<i>Si ambo appellaverint Actor &amp; Reus ad Judicia diversa, quomodo possit esse consultum utrique, ne dividatur causa.</i>	149
LXVIII.	<i>Mandatam de relaxando Arresto decernitur, si in utilitatem Domini Territorii debitori fuerit impositum.</i>	150
LXIX.	<i>Reproductis Processibus etiam ante sex Juridicis Proclama decerni potest. Quando opus sit Citatione ad reassumendum: Quando rescriptione Processuum.</i>	151
LXX.	<i>Mandatorum de exequendo Sententiam propriam adversus Judicem inferiorem usus, effectus, cautela.</i>	152
LXXI.	<i>Judex supremus quandoque ultra caput Appellationis procedere potest.</i>	154
LXXII.	<i>De Monopoliis: in specie quando Salis liberum Commertium impediri non debeat.</i>	155
LXXIII.	<i>Judex superior quando omisso articulo Appellationis ab Interlocutoria, in causa principali progredi queat.</i>	157
LXXIV.	<i>Sententia non devolutoria ratio non est semper, quod Jurisdictio Judicii Appellationis fundata non sit: Potest etiam esse ob defectum Gravaminis.</i>	158
LXXV.	<i>Quid agendum Judici, si Acta Appellationis fuerint perperda, &amp; prævia Citatione ad reassumendum pars appellans fuerit contumax? Ubi de sententia absolutoria.</i>	162
	<b>LXXVI. Dif-</b>	



# OBSERVATIONUM.

Observat.	Pag.
LXXVI. <i>Differentia Sententiae absolutoria ab Instantia, &amp; desertoria in causis Appellationis.</i>	164
LXXVII. <i>In exorta controversia de Decimis &amp; propter eas instituta actione Spolii considerata &amp; observata.</i>	168
LXXVIII. <i>De casibus exceptis Judicii Provincialis Sueviae, vulgò Ehehafften.</i>	173
LXXIX. <i>Judex superior quomodo procedat, si inferior in materialibus bene, sed incompetenter judicaverit.</i>	176
LXXX. <i>De Expensarum (1) Victoria, (2) retardati Processus, (3) Contumaciae, diversitate &amp; refusione.</i>	177
LXXXI. <i>Ad Paræmiam Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit.</i>	185
LXXXII. <i>Considerationes ad Articulos aliquos Instrumenti Pacis Osnabrugensis, &amp; ad Meditationes Hennigelsii.</i>	190
LXXXIII. <i>Jus protimiseos in venditione Feudi Dominus sibi asserere nequit, si ipse ad alienandum consensum dederit; speciatim de Feudis Mechlenburgicis.</i>	201
LXXXIV. <i>Singularia Feudorum in diversis Regionibus Germaniae.</i>	203
LXXXV. <i>Regula, quod Judicis cujusvis de sua competentiâ sit cognitio, limitationes.</i>	216
LXXXVI. <i>Reipublicae Romano - Germanicae &amp; singularum Regionum Regiminis forma secundum mores &amp; possessionem judicanda.</i>	217
LXXXVII. <i>Soror, facta transactione cum Fratre, in qua renunciaverat hereditati Paterna, post obitum Fratris ad hereditatem renunciatam non habet regressum.</i>	218
LXXXVIII. <i>Creditor immixtus quomodo teneatur reddere rationes.</i>	220
LXXXIX. <i>De Judicio competente in causa petita Restitutionis contra Transactionem.</i>	222
XC. <i>Contumax in comparendo, damno litis coërcetur.</i>	224
XCI. <i>Ad remittendas Debitori praestations Tutor transigere non potest absque Decreto Judicis.</i>	225
**** 3	XCII. Va-



# INDEX

Observat.	Pag.
XCII. <i>Vasallus transigendi habet facultatem Domino etiam ignorante. Significatio vocum ein, und anderses particularis.</i>	227
XCIII. <i>Confessio ex aliis Actis desumpta quomodo valeat ad probandum.</i>	228
XCIV. <i>De Jure offerendi, quando competat Creditori posteriori, &amp; quid Juris, si Pignus sub hasta venditum, quid etiam, si illegitimè?</i>	229
XCV. <i>Quando tempus Immissionis in Pignus considerandum? &amp; de Jure offerendi Creditori Chirographario competente.</i>	232
XCVI. <i>Judicium Camera ad Statuta &amp; Mores Provinciarum respicere solet, si legitimè probentur. Ubi de hypotheca tacita &amp; de Solemnibus.</i>	233
XCVII. <i>Productio exempli Conventionis authentici non exigenda, si de veritate aliunde constet.</i>	238
XCVIII. <i>Consuetudo exigendi à Subditis collectas ad Dotem Filiarum, Fräulein Steuer  ubique locorum non recepta.</i>	240
XCIX. <i>Variorum in Regionibus Germania Judiciorum distinctio.</i>	244
C. <i>Appellatio à Sententia Commissariorum ad causam decidendam constitutorum, immediatè deducenda est ad Judicem supremum si de cetero sit appellabilis materia.</i>	248
CI. <i>Continuatio Observationis precedentis 84. De variis Feudorum qualitatibus in Germania: speciatim Episcopatum Hildesienfis: Paderbornensis: Abbatiarum Hervordienfis: Essenensis: Quedlinburgensis: Gandersheimensis: Werdensis.</i>	252
CII. <i>Modus Collectarum antiquus cum moderno collatus. Ubi de conventionem Exemptionis causa obscurè facta, ejusque interpretatione.</i>	264
CIII. <i>In causis individuis Appellatio unius proficit Consorti, licet hic alio remedio usus esset.</i>	270
	CIV Va-



# OBSERVATIONUM.

Observat.	Pag.
CIV. <i>Varia Considerationes in materia Sylvarum, cadendorumque Lignorum &amp; Venationis.</i>	271
CV. <i>Operarum indeterminatarum ungemehener Dienste à subjectis Hominibus præstandarum fundamenta &amp; conditiones.</i>	277
CVI. <i>Officium Tutorum arduum &amp; onerosum: etiam is, qui sunt tantum honorarii: Obligatio heredum Tutoris: Quantum competat Juris Vidua Tutoris nobilis: Quantum Filia respectu Dotis contra Creditores. Creditoris hypotheca in Feudo expressa cum consensu Domini, præfertur tacita Pupillorum.</i>	282
CVII. <i>Remedii Restitutionis in integrum adversus Sententias Camerales abusus, &amp; fines.</i>	286
CVIII. <i>Jurisdictionis in Imperio Germanico Status. Speciatim de Criminali &amp; querela Nullitatis.</i>	292
CIX. <i>Fœmina per Masculum à Successione semel exclusa perpetuo exclusa censetur: Axioma dicitur commune: Sed est vel plane inutile, vel vitiosum.</i>	300
CX. <i>De Jurisdictione Officialium: Leodiensis &amp; Monasteriensis ab Appellatione ad Coloniensem Metropolitanum in causis Civilibus libera. Cum adjuncta Dissertatione: &amp; nova accessione Narrationis Historica.</i>	308 usque 394

## SUPPLEMENTA.

I. <i>Ad Epistolam Dedicatorem</i>	
lit. (a) <i>De censura Christiani Thomasi in Assessores Camera veteres. Ubi de Responso Mynsingeri decad. 13. respons. 13.</i>	395
lit. (b) <i>Ad Præfationem Deckherri in ejus Collectione Sententiarum de excessu Usurarum &amp; de Annuorum Reddituum in Usuras commutatione.</i>	397
lit. (c) <i>De auctoritate Præjudiciorum Cameralium ab Hermanno Vultejo, Johanne Fichardo, &amp; Ernesto Cothmanno in dubium vocata.</i>	402
	lit. (d)



# INDEX SUPPLEMENTORUM.

Supplem.	Pag.
<i>lit. (d) De Dubiis Cameralibus &amp; discordia Doctrinarum Mynsingeri &amp; Galii.</i>	406
<b>II.</b> <i>Ad Observat. XXXV. num. (5) Extract auf des Kayserl. Cammer Gerichts dem Magistrat der Stadt Weß- lar bey Reception des Gerichts gegebener Gegen- Erklärung Anno 1690. Ist zu finden unter denen Beslagen des Anno 1691. den 7. Septembr. datirt und den 22. ejusd. bey der Reichs Versammlung zu Regensburg datirten Kayserl. Commissions-De- creti sub Lit. B.</i>	413
<b>III.</b> <i>Ad Observat. CI. pag. 260. in fine. Formula Juramenti Vasallorum in Curia Feudali Abbatiz Hervordienensis præstari solita.</i>	420



OBSER-





## OBSERVATIO I.

*De revocandis Attentatis extrajudicialiter  
vel judicialiter: Ubi de iis, quæ tempore Justitii exor-  
ta. Usus Literarum pro informatione.*



Post restitutam Anno 1711. 28. Januarii Ju-  
dicio Camerali à satis longis tristissimisque  
induciis Juris reddendi potestatem, non  
paucæ ad Judicium delatæ fuere querelæ  
de causarum, pendente appellatione, facta  
revocatione ad Judicem priorem, quem victor pro  
executione sententiæ imploraverat. Hinc Mandata  
attentatorum revocatoria cassatoria cum ulteriori in-  
hibitione S. C. frequenter petita extrajudicialiter (1)  
gravesque desuper fuere consultationes. Quanquam  
verò sententiâ per appellationem suspensa, omne  
quod in præjudicium appellationis (2) vel à Judice  
vel à parte suscipitur (3) pro attentato sit habendum,  
& illico per Mandata S. C. extrajudicialiter revocan-  
dum. (4) Hic tamen consideratum fuit, aliam plane  
conditionem fuisse Justitii hujus Cameralis diuturni,  
quam si ob ingruentes forte alias necessitates publicas  
oritur Judicii suspensio, quæ tanto temporis spatio du-  
rare

A

rare



rare non solet, neque cum tanto litigantium damno est conjuncta, ut propterea Judicis prioris auxilium requirendi sit necessitas, atque in mora periculum. Creditum fuit quidem à principio paucis mensibus duraturam Judicii occlusionem. Sed infelices altercationes, multæque aliæ circumstantiæ, (post restauratum à Cæsarea Majestate & Imperii Statibus Judicium, redintegratumque ex novis maximam partem Assessoribus Collegium tacendæ & obliterandæ) metum injiciebant non vanum, fore ut restitutio Judicii multis adhuc annis esset expectanda, unde partibus, quibus procrastinatio causæ per appellationem interpositam videbatur intolerabilior, quo utilior erat sententia Judicis prioris, ad auxilium ejusdem implorandum nata fuit occasio. Certe reprehendendi non erant Judices, qui partibus petentibus, quas justam fovere causam erant arbitrati, omni meliori modo consulere. Nullus hic Judicii superioris contemptus (5) cujus vix umbra supererat. Quod itaque circa attentata alias Legibus & constitutum, ut revocentur extrajudicialiter per Mandata S. C. hisce in casibus non nisi mature expensis circumstantiis & audita parte adversa fieri placuit. (6) Petitum itaque remissum fuit *judicialiter*, hoc est: in Audientia publica proponendum, parti, ut respondeat, communicandum, eo fine, ut deinde per sententiam, exigentibus id circumstantiis Mandatum decerneretur, vel in causa principali, si instructa esset,



esset, quod Juris, pronunciaretur. (7) Quandoque etiam à Judice exequente informatio per literas fuit expetita. Quas literas cum in certis casibus decerni Leges Imperii voluerint, (8) propterea arbitrium Judicis non excludunt, ut pro ratione circumstantiarum requirere in aliis non liceat, adhibita semper cautione, ne ex usu fiat abusus, lis protrahatur magis impliceturque quam terminetur. Verus & legitimus usus informationis à Judice inferiore requisitæ non est is, ut ex Processu Judiciali fiat extrajudicialis, id quod Leges Camerales non permittunt, sed ut audita etiam ubi opus est, parte implorante, breviori via lis terminetur, processum vel decernendo cum pleniori cognitione causæ, non semper ad omnia appellantis gravamina, sed præscindendo prolixitatem, cui plerique Advocatorum studere solent, ad ea solum, in quibus causæ totius nervus consistit: Vel detecta appellantis intentione frivola, eum à Judicio repellendo: Vel etiam, ut pro re nata Judex inferior de tollendo absque forma processus gravamine, si sit levius, moneatur.

- (1) Non est mirum, iis, qui Praxi Judicii Cameralis non incubuerunt, distinctionem rerum extrajudicialiter tractandarum ab iis, quæ judicialiter fieri dicuntur, esse peregrinam. Cum tamen res ipsa in omni Judicio sit frequentissima. Scilicet id tantum *Judicialiter* fieri dicitur, quod vel partes litigantes post processus decretos & in termino reproductos publicè in Audientia Camerali ad Protocollum Judiciale agunt, exhibent, petunt, præsentè & audiente partis adversæ Procuratore, cui



Recessus viva voce prælectus confestim per Pedellum communicatur, vid. *Decret. Generale Camerae Anno 1659. 13. Decembr. §. 5.* vel quando Assessores in certos Senatus segregati ex Actis Judicialibus referunt atque Sententiam formant mox in Audientia ordinaria publicandam.

*Extrajudicialia* verò Negotia dicuntur respectu vel Partis vel Judicis. Partis, quando supplicat pro Processibus obtinendis: Judicis, quando ad Supplicam decernit processus appellationis, Mandati, Citationis, vel denegat, vel præambulo Decreto defectus quosdam Supplicæ supplere jubet &c. Quod Decretum manu Notarii Supplicæ inscriptum Procuratori finito Senatu cum omnibus adjunctis redditur, postmodum novæ Supplicæ addendum. Decreti cujuscunque vel Documentum vel Expeditionem Procurator à Præfecto Cancellariæ petit, qui eo officio confestim defungitur, ita ut, nisi alio ejusdem Senatus Decreto aliquid mutetur, Inhibitione quacunque impediri non debeat expeditio.

Strictius adhuc dicuntur fieri extrajudicialiter omnia, quæ non aguntur in Audientia publica. Ita omnes lites inter Personas Camerales *extrajudicialiter* hoc est, extra Audientiam peragi dicuntur & dijudicari. Hinc Formulæ Sententiarum:

In Extrajudicial-Sachen N. Klägern ein/ wider N. Beklagten andern Theils/ Citationis &c. ist erkannt etc. etc.

Eodem ferè respectu etiam in aliis Judiciis Imperii extrajudicialiter dicuntur fieri, quæ non coram Tribunali viva voce, sed in Scriptis peraguntur. Quo sensu in Judicio Imperiali Publico omnia extrajudicialiter tractantur. Idem obtinet in quibusdam Judiciis Statuum Imperii, ex. gr. Juliacensi, dem Jürlich- und Bergischen Geheimen, nec non dem Hof- Rath.

(2) *Mev. part. 4. decis. 310. & part. 2. decis. 555.* Unde quæ prioris sententiæ contraria non sunt, sed præter sententiam, à Judice priore licite fiunt sine vitio attentati, idem *Mev. part. 2. decis. 339. & 344.*

(3) Pars



- (3) Pars appellans etiam attentare dicitur, si in præjudicium litis quid committit auctoritate propria. Unde Appellationi renunciasse censetur, quod appellatis sollicitè est observandum, Gail. lib. 1. observat. 146. num. 12. attentasse autem non putandus est, qui Jure suo utitur, Mevius part. 7. decis. 156. Lyncker. decis. 393.
- (4) *Recess. Imper. 1570. §. 95. Anno 1654. §. 59. Recess. Visitat. noviss. §. Auf das auch x. 49.*
- (5) Ratio revocandorum attentatorum præcipua est contemptus Judicis superioris, Gail. lib. 1. observat. 146. num. 7. unde etiam parte non petente attentata quatenus ex actis elucet & probata fuere, revocari jubentur ex officio.
- (6) *Recess. Imper. 1654. §. 59. juncta Ordinat. Camer. part. 2. tit. 32. §. 7.* Illud ante novissimum Visitationis Recessum sæpius in quaestionem venit, quæ Ratio fuerit Legislatorum, ut attentata non nisi post Inhibitionem insinuatam commissa, extrajudicialiter revocari voluerint, eorum verò quæ Judex commisisset post interpositam appellationem, ante Inhibitionem insinuatam, modo non intra decendum à die latæ Sententiæ, revocatio, judicialiter esset petenda, per sententiam decernenda, vid. Blum. *Process. Camer. tit. 53. §. 18. & 20.* Non fuit existimatum eam fuisse Legislatorum mentem, ut Judicis arbitrium penitus esset exclusum, ubi Judicis inferioris animus eludendi appellationem elucesceret. Hinc sæpius revocata esse attentata extrajudicialiter per Mandata S. C. etiam ante Inhibitionem insinuatam commissa, meminimus. Facit huc notabilis Responsio Collegii Cameralis ad Gravamina Statuum Anno 1556. proposita. Gravamen: Und dieweil in der jüngsten Augspurgischen Ordnung decidirt / daß Attentata erst nach der Inhibition angehen sollen / achtet man solches nicht nützlich seyn / dieweil keine rationabilis oder billiche Ursache vorhanden / warum solches geschehen soll / sondern die alten Rechte bleiben lassen / die man nicht wohl bessern kan noch



mag. Responsio Collegii Cameralis: Daß in dieser neuen Ordnung gemeinen Rechten zuwider decidirt soll seyn/daß Attentata erst nach der Inhibition angehen sollen/ das weiß man sich der Ordnung nicht zu berichten/ wie dann solches nicht indistincte, sondern nach Ordnung und Unterscheid der Gemeinen Rechten in fürfallenden Sachen gehalten wird.

Salutari tandem decisione in jam dicto Recessu Visitationis hæc res ad legitimos tramites fuit reducta, dicto §. 49.

Ubicunque ergò extrajudicialiter de attentatis agitur, vel de appellatione nova ex priori promanante, necesse est ut eodem in Senatu supplicationes tractentur, & à Referente eodem, nisi hic impediatur. Nam quod usu recentiore magis, quam lege introductum est, ut etiam in appellationibus Referens ille qui extrajudicialiter Supplicationem pro appellationis processibus in Senatu retulit, judicialis Referens esse nequeat, vid. *Commentat. Systemat. Jur. Cam. sect. 1. §. 10. pag. 106. seq.* hoc ad abusum ita traxere nonnulli, ut decretis processibus, quos decerni non voluere, facto aliquo appellationi contrario confulere sibi studeant, existimantes novum Referentem judicialem, de meritis causæ maturè instructum non fore, interim verò multa fieri posse, ex quibus commodum nancisci queant. Hæc fortassis ratio styli, quod omnes Supplicæ durante etiam actione judiciali exhibitæ, tradantur Referenti eidem qui fuit in Processibus decernendis, ad providendum, ne quid à parte vel Judice priore temere suscipiatur. Hic ipse Referens, si sententia aliqua ad acta opus esse videt, constitutionem Referentis judicialis monere solet. Dantur abusus plures, de quibus alibi. Mala consilia consultoribus pessima.

- (7) *Gail. lib. 1. observat. 146. num. 8.*  
 (8) *Recess. Imper. 1654. §. Benebens sollen re. 105. juncto §. seq. Recess. Visitat. 1713. §. 24. ubi etiam de Inhibitione provisionali sive temporali.*

OBSER-



OBSERVATIO II.

*De recursu partis victricis ad Judicem priorem tempore Justitii: Vel ad Imperatorem ipsum.*

DICTUM fuit Observatione præcedente de recursu partium ad Judicem priorem appellatione pendente. Alia est consideratio, si agatur de executione sententiæ in appellatorio Judicio pronunciatae, existente aliquo Justitio. Ubi extra dubitationem est, quod regulariter Judici eidem, qui sententiam pronunciavit, competat ejus executio. (1) Quod si verò hic impediatur, durum videtur fore, ut propterea pars fructu victoriæ carere debeat. De Justitio brevi, ob fortuitos casus indicto, sermo non est, sed de diuturno, quod alii appellant, necessario. (2) Cujus causæ variæ esse possunt, calamitas bellica, pestis, fames, incendium. Quam infelicitatem temporum ut avertat bonitas divina, precibus impetrandum est. Et animorum quidem dissidia quæ Camerali septem Annorum Justitio hoc seculo causam dederunt, ne unquam in posterum existant, Legibus etiam caveri potuit, & novissima Visitatione cautum fuit §. 3. Erat hic casus, de quo nemo cogitasset unquam, multominus, quod ad eum statum res deventuræ essent, ut restitutio Judicii ad statum pristinum incerta magis esset quam sperata. Hoc fatali statu Justitii Cameralis, si extraordinaria etiam & provisionalia remedia pro obtinenda



tinenda Juſtitia adhibita fuerint, mirandum non eſt. Quemadmodum enim inter extrema mala Reipublicæ ponendum eſt, ſi ordo civitatis & Judiciorum, quem ipſe Deus ſanctum eſſe voluit, ita perturbetur, ut nemo de jure & æquitate in negotiis ſecurus eſſe poſſit; (3) Ita ſi de Camerali Juſtitio agimus, particulare ſupremi hujus Judicii infortunium intelligimus, manentibus Judiciis in Imperio aliis, cum Statuum Imperii, tum imprimis altero ſupremo Imperiali Aulico. Tametsi verò dicatur Camerale Juſtitium particulare, nihilominus tamen habendum pro graviffimo, & certo reſpectu generali, quo magis per Conſtitutiones Imperii, tanquam in Dicasterio Imperii ſupremo Statuum ſingulorum, eorumque ſubditorum Jura ibi tractantur. Igitur Cameralis Juſtitii tempore, ſi in cauſis ibi pendentibus nonnulli ſibimet Jus dixerint: ſi alii ad Judicem immediatum ordinarium recurrerint Juſtitiam ab eo flagitantes: ſi alii Auguſtiſſimum Imperatorem adierint, hæc omnia inquam mira videri non debent. Nobis hic agere viſum fuit de recurſu ad Judicem priorem immediatum. Diſtincta conſideratione opus hic erit. Aut enim in Camera Imperiali cauſa Appellationis fuit decifa, vel ſub Judice fuit relicta. Priori cauſu, Sententia prioris Judicis fuit vel confirmata, vel reformata. Si confirmata, non exiſtimo erraſſe victorem, ſi Juſtitio tali exorto complementum Juſtitia, quod à Camerali Judicio, cujus alias fuiſſet Officium

Execu-



Executionis, obtinere non poterat, petierit à Judice priore. Putarem etiam, si Judex prior Sententiam Cameralem reformatariam ad executionem perduxisset, attentati alicujus culpam non incurrisse. Quodsi inferior Judex, spreta reformatoria, sententiam suam in exequendo prætulisset, hoc absque dubio ad attentata pertinebat finito Justitio corrigenda. Interim verò, si prævideri non poterat Justitii finis, Appellanti liberum erat Imperiale auxilium, ut res salva maneret, implorare. Dixi de causis per Sententiam Cameralem decisis. Pendentes causas ad se avocare Judex inferior absque attentati vitio non poterat. Si per Justitium & moram Judicii damna aliquis passus est, quod factum esse dolent innumeri, melius hic erat, flebile licet, remedium ex patientia, quam quod ex turbato ordine Judiciario sperari poterat. Majora mala sunt quæ universum invadunt corporis humani systema, quam quæ aliquas afficiunt partes. Sunt ergò cum discretione accipienda, quæ tradit Celebris Jctus Elect. Brandenburg. Böhmerus *Dissertat. de eo quod justum est durante Justitio Anno 1705. edita, §. ult.* ubi quæstionem propositam: „Utrum Dominus territorii eo „durante, possit causas suorum subditorum ad id de- „voluntas, vel ibi introducendas, ad forum suum tra- „here, vel ut per delegatum aliquod Judicium deci- „dantur, interim disponere? ita resolvit: Equidem „alias certum est, Judicium Camerale totum repræ-  
B „sen-



„ sentare Imperium, *Recess. Imper. de Anno 1654.*  
„ §. 165. & sic non dependere ex dispositione unius  
„ vel alterius ex Statibus Imperii, vid. *Londorp. tom. 1.*  
„ *lib. 1. cap. 7. num. 3. §.* Nus welcher re. & consequen-  
„ ter nec Imperatorem nec alium quemlibet causas ibi  
„ vel jam introductas avocare, vel introducendas im-  
„ pedire posse. Verum hæc omnia tunc satis certa  
„ sunt, si vigor hujus adsit, ut Justitia possit administra-  
„ ri; ast ubi Justitium sumtum vel indictum est, hæc  
„ limitanda esse videntur. Potissima enim cura Domi-  
„ ni territorii in hoc consistit, imo & territorii sui pe-  
„ culiaris inde dependet utilitas, & suum cuique quam  
„ citissime tribuatur, & lites inter subditos pendentes  
„ maturum & tempestivum consequantur exitum.  
„ Neque enim subditis illud in damnum vergere de-  
„ bet, quod publice factum, & aliorum culpa contra-  
„ ctum est, neque Dominus territorii contra publicas  
„ facit leges, qui Justitiæ administrationem quoad pro-  
„ prios subditos promovere allaborat, præsertim cum  
„ Leges publicæ, quæ avocationem causarum prohi-  
„ bent, supponant casum Judicii vigentis, quæque  
„ adeo applicari nequeunt, si Justitium adsit, neque  
„ facile finis ejusdem possit sperari. „ Scilicet Judi-  
„ cium aliquod delegatum non debere esse perpetuum,  
„ sed juxta naturam remediorum provisionalium tem-  
„ porarium, cessante Justitio rursus abolendum & ad  
„ priorem ordinem Legum Imperii res deducendas. De  
recur-



recursu ad Aulam Cæsaream tempore Justitii Acta publica Comititalia Anno 1706. notatu sunt digna. Cum enim postulante Serenissimo Domino Marggravio Brandenburg. Onolsbacensi, trium Imperii Collegiorum communi Concluso Decreta Judicii Imperialis Aulici, in causa, quam in Camerali Judicio nondum plene decisam esse allegabatur, improbata fuissent, Cæsarea Majestas Concluso huic ratihabitionem addere dubitavit, explicando causas in Decreto Commissionis publicato 24. Novembr. 1706. Dictata deinde fuit in Comitiiis 1. Jul. 1707. nomine Domini Marggravii edita *Compendiosa Representatio Justitiæ* antea commemorati Conclusi trium Collegiorum. (4) Fulcrum omnium rerum publicarum est Justitiæ administratio. Recte ergo faciendo hoc officium vere divinum, spes esse poterit Deum Optimum Maximum Rempublicam Germanicam ita fore conservaturum, ut deliberationibus istis de provisionalibus remediis opus non sit. Hoc interim est certum, differentiam esse inter ea quæ fiunt à Judicio Cæsareo Aulico qua tali & quæ provisorio cura à Cæsarea Majestate, tanquam summo Justitiæ in Imperio Administratore & Jurisdictionis fonte. (5) Imperatoris nomine Justitia administratur in utroque Supremo Imperii Judicio. Sed tamen ita ut ad Cameralis Judicii constitutionem etiam concurrant Imperii Status. Alterum alteri non est subordinatum sed pari suprema judicandi potestate præditum



utrumque: Collisiones utriusque omninò evitandæ. Hinc in novissima Capitulatione Casarea artic. 16. constitutum: Dem Process der Reichs, Gerichter seinen stracken Lauff / auch keinem von dem andern eingreifen / oder Processus avociren / vielweniger über die Sententias und Judicata Cameræ von Unserem Reichs, Hof, Rath / unter was vor Prætext es seye / cognosciren lassen / und dem Reichs, Hof, Rath und Cammer. Gericht keinen Einhalt thun / noch von anderen im Reich directè oder indirectè zu geschehen gestatten / insonderheit aber ermeldtes Kayserl. und Reichs Cammer, Gericht bey seinen Berechtigten / Gerichtbarkeiten / und Reichs, Constitutions - mäßigen Verfassung gegen männiglich in alle Wege schützen / erhalten / und handhaben. Et in eodem artic. in fine: Sollen die am Kayserl. Cammer, Gericht anhängig gemachte / und noch in unerörterten Rechten schwebende Sachen von dar nicht ab / noch an Unsern Reichs, Hof, Rath gefordert / noch von Uns aufgehoben / und dagegen inhibirt / oder sonst auf andere Weise rescribirt / auch was künfftig dagegen vorgenommen / als null und unkräftig vom Cammer, Gericht gehalten werden.

- (1) Vide pluribus & distinctè *Mev. part. 4. decis. 349.* Hinc Sententiis Cameralibus definitivis semper additur terminus ad docendum de partitione cum comminatione multa 10. Marcarum Auri, *Recess. Imper. de Anno 1654. §. 159. seq.*
- (2) *Böhmer. Dissertat. de eo quod justum est durante Justitio, cap. 2. §. 5.*

(3) Uni



- (3) Universalis in Germania Justitii exemplum tempore Interregni describit graviter Lehmannus *Chron. Spir. lib. 5. cap. 95.* Vom Zustand damaliger Zeit ist zu wissen / daß es ergangen / wie es Gott den Menschen zur Nachrichtung und Wissenschafft in seinem Wort in unterschiedlichen Orthen lassen verzeichnen / als in Buch der Richter am 17. und 21. Cap. stehet : Zu der Zeit war kein König in Israel / und ein jeglicher that was ihn recht bedüncket. Auf solchen Schlag schreiben die Historici von der Zeit des Interregni, und in Summa so viel / daß die Reichs-Ordnungen und Gesetz als les Ansehen und Gehorsam / bevorab bey denen höheren Ständen verlohren / dieselbe den Mangel eines Hauptes gern gesehen / ihren Gewalt und Herrschafft durch der Nachbaren Verderben erweitert und vermehrt / alles Recht sey auf der Faust bestanden / der Gewaltige hat das beste Recht gehabt / innerliche Krieg und Empörungen der Höheren Ständ unter sich selbst und wider die Ständ seynd in vollem Schwang gangen / man hat weder zu Land noch Wasser sicher reisen können / und öffentliche Raub-Schlösser hin und wieder ohne Scheu erbauet / davon alle Weeg und Steg verlegt / und denen so wegen Handthierung und Kaufmannschafft die Straßen brauchen müssen / nach Leib und Guth getrachtet / Herren und Adelige Stands-Personen haben von Raub und Nahm ihre Nahrung gesucht / deren Exempel andere geringe nachgefolgt.
- (4) Omnia hæc Acta collecta leguntur in rapsodia Actorum Publicorum vulgò Staats-Cantzley part. XII. cap. 3. pag. 158. usque 257.
- (5) Vid. *Quinquertium Camerale* ab AuÛore celeberrimo Anno 1705. editum pag. 11. seqq. & pag. 108.





## OBSERVATIO III.

*De Idiomatico in Judiciis Imperii usitato.**Unde exortus Latine Linguae usus cumprimis  
in Judiciis Officialium?*

**I**N negotiis publicis Germaniæ non solum quæ ad Statum Reipublicæ pertinebant, sed etiam Forensibus à Caroli M. tempore (1) usque ad Rudolphum I. Imperatorem idioma non aliud quam Latinum fuisse in usu, Historia docet. (2) Quantocunque enim studio Carolus M. Linguam Germanicam sive Theoticam excoli voluerit, (3) non fuit tamen ad eam culturam, quæ est hodiè, aliis linguis minime inferior, deducta, ut etiam in negotiis expediendis adhiberi potuerit. (4) Sed hæc gloria sequentibus Seculis fuit reservata. Tametsi vero Patriæ linguæ usus in Judiciis Imperii jamdudum fuerit introductus, imo lege publica præceptus, (5) mansit tamen usus etiam forensis linguæ latinæ non solum in Judicio Imperiali Aulico in causis Italicis, sed etiam in utroque Imperiali Supremo Judicio Camerali & Aulico, in causis, quæ ex Germaniæ Provinciis eo deferuntur, Leodiensibus, Stabuletensis, & Tridentinis. (6) Adeo ut omnia Acta non nisi in latinum idioma publica autoritate & fide translata, ad Supremum Dicasterium transferantur. Adeo vero adstricti sunt Camerae Procuratores ad usum linguæ latinæ in istis causis, ut non solum scri-



scripta omnia forensia in idiomate latino exhibeantur, sed etiam, quæ viva voce in Audientia publica eloquenda sunt (Recessus orales appellant) eadem lingua proferre debeant; Decreta etiam Judicii & Sententiæ non alio quam latino sermone edantur. (7) Vicissim si quis in aliarum Germaniæ terrarum causis latino sermone vel extraneo uti vellet, tanquam forensi stylo, is ob ignorantiam multa dignus foret, adeo ut ne quidem in inferioribus Judiciis id permittatur. (8) Domini Assessores tamen in Votis utuntur sermone latino vel patrio pro lubitu & re nata, latino plerumque, non quod germanicum adhibere non liceat, sed quod brevior sit elocutio latina & rationes decisionum hac lingua facilius explicari possint & concinnius. Præstaret autem patrio sermone uti, quam abuti latino stylo, vel metaphorico, forensibus negotiis minime apto, vel vocum & phrasium inelegantia, & pro lubitu confictis locutionibus, quibus tota argumentorum vis obscuratur magis quam explanatur. Hæc cum ita sint comparata, quæreret aliquis non immerito, unde nam factum sit, quod in Curiis Dominorum Officialium Germaniæ v. gr. Coloniensis & Monasteriensis, qui exercent Jurisdictionem ordinariam etiam civilem, in usu fuerit huc usque idioma latinum, sæpe cum tanta sermonis obscuritate, ut, si Acta ad Supremum Judicium deferri contingerit, laborandum magis sit de verborum sensu quam de ipsis causæ meritis. Antiquissi-  
ma



ma consuetudine receptum fuisse & retentum idioma latinum, in istis Judiciis omni dubio caret. Ecclesiastico enim ordini latinus sermo fuit proprius, adeo, ut ante Seculum XV. ex Viris politicis pauci latinis literis fuerint imbuti. (9) Jurisdictio vero Officialium in causis Civilibus ex veteri Audientia Episcopali derivata, usu Imperii invaluit; (10) Factum inde est, ut latina lingua in istis Curiis majoris venerationis gratia fuerit retenta. Quem morem Camera Imperialis Judiciis istis relinquit, sed in tractandis & decidendis causis utitur idiomate Germanico. Speramus autem fore, ut tandem mos iste latini idiomatis in dictis Curiis Officialium plane cesset, postquam Serenissimus Archiepiscopus Elector Colonienfis & Episcopus Monasteriensis ejus usum solenni Edicto prohibuit in Curia Officialis Monasteriensis, quam Constitutionem salutaribus monitis plenam coronidis loco huic Observationi subjungimus. (II)

- (I) Lehman. *Chron. Spir. lib. 2. cap. 45.* Carolus iste vere Magnus, exemplo etiam suo ostendit, quantum valeat in Republica Principis & fortitudo & prudentia: Quanta bona Deus Optimus Maximus mediante tali Principe largiatur Reipublicæ: Quanta vero mala exoriantur per Principum inertiam, crudelitatem, avaritiam, lasciviam: utinam non essent multa in Historicis exempla! Ante Caroli M. tempora & Bonifacii Episcopi, contractuum & negotiorum forensium tabulæ exaratae fuerunt idiomate vel græco vel latino, & hęc quidem, literarum ductu ad græcas aliquo modo accedente. Vide tabulas diplomatum & alphabeta in opere præclaro Mabillonii de

arte



arte *Diplom. lib. 5.* Qui Characteres diu retenti fuere, vide Schannati *Diœcesin Fuldens. pag. 234.* & in *Vindiciis Diplomatum.* Græca lingua etiam Germaniæ Populos usos fuisse ex Julio Casare *lib. 1. de Bello Gallico* & *lib. 6.* colligitur. Unde facilis erat, sed hodie lectu difficilis, literarum ab uno idiomate in alterum tractus. Latinus tamen Sermo fuit usitator, & Leges hac lingua conscriptæ, *Rhet. Jus Publ. lib. 1. tit. 1. §. 29.*

- (2) Rudolphus I. Imperator latinæ linguæ non peritus, teste Huldr. Mutio in *ejus vita*, usum ejus in negotiis publicis & forensibus aboleri voluit Lehman. *Chron. Spir. lib. 5. cap. 107.* ex *Aventini Chron. Bavar. lib. 7.* & *Crusii Annal. Suev. lib. 3. part. 3. cap. 1.* adde Joh. Petr. Ludwigi *Cancellarii in Academ. Frideric. Celeberrimi Commentat. ad Aur. Bull. part. 2. pag. 1343.* Verba Edicti Rudolphini latinè publicata recenset Goldastus in *Collectione Constitutionum Imper. tomo uno pag. 311.* Sed hæc salutaris Constitutio ad usum perduci non potuit protinus. Fallaxque ergo, & imponere student, qui Diplomatum Germanico idiomate exaratis ante Seculum XIII. vel tempore adhuc antiquioribus gloriantur. Antiquissimum, & fortè primum Documentum in lingua Patria exaratum est *Tabularum Pacis inter Proceres Imperii apud Goldast. tom. II. der Reichs, Sâhungen pag. 17.* Lyncker. *de Idiomi. Imper. pag. 9.*

- (3) Theotisca lingua, quam Itali dicunt Tedesca, Patrio vocabulo *Teutsch* sive *Deutsch.* vide Heumanni *Pœcil. tom. 3. lib. 2. pag. 250.* (inter barbaras non habita ἐπι ἔθνεσσι sed ἐπι φωνῆσι, quod non intelligerentur, juxta illud *Ovid. lib. 5. Trist. 11. Barbarus hic ego sum quia non intelligor ulli.*) in magna fuit apud Francos existimatione, cum Gallicus sermo, ex Romano & vernaculo populi mixtus, diceretur vulgaris & rusticus, *Carol. du Fresne in lectu dignissima Præfatione Glossar. §. 28. & 33.* Lehman. *Chron. Spir. lib. 2. cap. 45.* Adeo ut ipse Carolus M. Grammaticam linguæ Patriæ inchoare & mensibus nomina dare non fuerit dedignatus teste *Eginhardo in vita cap. 19. edit. Reuberianæ noviss.* Et quanquam plurium linguarum fuerit



peritus & facundia præditus, scribendi tamen difficultate laborasse eum refert Eginhardus *cap. 25*. Quam imperitiam ut honesto ritu suppleret, monogrammaticum usum, nominis sui loco vel signi, introduxisse, eundemque monogrammaticum usum à Principibus diu retentum fuisse auctor est Mabillonius *lib. 2. cap. 22. §. 5*. Ejusdem Imperatoris auspiciis Rabanum Maurum Archiepisc. Moguntin. hujusque discipulum Otfridum Monachum Weissenburgensem linguam Teutonicam excoluisse ex vetustis Monumentis probat Lambecius in *Bibliotheca Augusta Vindobonensi lib. 2. cap. 5. Serrar. Rer. Mogunt. lib. 5.* in Rabano, ubi vide notas Joh. Christ. Joannis *pag. 395*.

- (4) Hujus rei causa præcipua fuit hæc, quod literarum & scribendi peritia instructi fuerint soli Clerici & Monachi. Hac enim præcipue nutriebantur & Aularum Judiciorumque Cancellis infidebant. Placet eum statum describere verbis Mabillonii de  
 „ *Re Diplom. lib. 2. cap. 22. §. 2*. Fuit olim, inquit, tempus,  
 „ nec fortasse multum abest à nostro, cum quidam nobiles &  
 „ ingenui homines scribendi notitiam contemtu haberent.  
 „ Quod indigne ferens Quintilianus *lib. 1. institut. cap. 1*. non  
 „ est aliena res, inquit, quæ fere ab honestis negligi solet, cura  
 „ bene ac velociter scribendi. Atqui multos etiam Reges in eo  
 „ errore versatos esse comperimus, sive id ex literarum contem-  
 „ tu, seu ex defectu institutionis acciderit. Quapropter cum  
 „ Regiis Diplom. subscribendum erat, aliena opera uti cog-  
 „ gebantur, manu sua Signum Crucis, aut quid simile adscri-  
 „ bendo. In hoc numero fuit imprimis Justinus Senior, qui au-  
 „ ctore Procopio, *Anecd. pag. 28. seq.* cum esset analphabe-  
 „ tus, nec posset pro more aliorum Imperatorum nominis sui  
 „ apices indere libellis, tabella lignea perpolitata utebatur, for-  
 „ mam quatuor literarum, quæ latine legi possent, incisam con-  
 „ tinente: eaque libello imposta, calamus colore imbutus,  
 „ quo scribere mos est Imperatoribus, huic Principi tradebatur  
 „ in manum, quam alii prehensantes ducebant circumageban-  
 „ turque per illas quatuor literarum formas. Eodem modo age-  
 „ bat



„bat Theodoricus Ostrogothorum Rex, de quo Auctor incer-  
 „tus ait : Laminam auream jussit interrasilem fieri, quatuor li-  
 „teras Regis habentem, unde ut, si subscribere voluisset, posita  
 „lamina super chartam, per id subscriptio ejus tantum videre-  
 „tur. Withredus Candia Rex labente Seculo VII. imperitiam  
 „suam fateri non erubuit subscribendo in hunc modum : Ego  
 „Withredus Candia Rex omnia supra scripta confirmavi, atque  
 „à me dictata propria manu Signum Sanctæ Crucis pro Igno-  
 „rantia literarum expressi, ex Spelmanno *tom. 1. Conc. pag. 198.*  
 „His accensendus Tassilo Dux Bajoariorum, *ex Metrop. Salis-*  
 „*burg. tom. 1. pag. 125.* qui chartam pro Attone Abbate Salis-  
 „burgenfi ita concludit : Quod manu propria, ut potui, cara-  
 „cteres chirographi inchoando depinxi coram Judicibus atque  
 „Optimatibus meis ✠ Signum manus meæ propriæ Tassilo-  
 „nis &c. Aliud est Heribaldi Comitis sub Ludovico II. Impe-  
 „ratore exemplum in Placito MS. Chartarii Casauriensis, ubi  
 „hæc leguntur ✠ Signum Heribaldi Comitis Sacri Palatii, qui  
 „ibi fuit, & propter ignorantium literarum Signum Sanctæ Cru-  
 „cis feci. Non mirum proinde, si in privatorum chartis, ejus  
 „generis exempla occurrunt. *Hucusque Mabillonius.* Quid  
 „ergo mirum, si Rustici hodierni artis scribendi imperiti signis  
 „variis utantur nominis loco, cum ab exemplis tantorum Prin-  
 „cipum Illustrium ignorantia suæ excusationem habere queant.  
 „Factum est porro ut Clerici, ne idioma latinum aboleretur,  
 „per plura Secula obstiterint, mox difficultatem scriptionis,  
 „mox formularum latinarum consuetudinem & majorem per-  
 „spicuitatem allegantes, Lyncker. *Dissertat. de Idiomate Impe-*  
 „*riali pag. 9.*

- (5) Dictum supra *num. (2)* de Edicto Rudolphi I. Paulatim vero  
 & præcipue Seculo XIV. desiit usus linguæ Latinæ in negotiis  
 publicis & forensibus, Lyncker. *dict. loc. pag. 18.* Et Maximilianus I. Imperator in Ordinatione Notariorum Anno 1512.  
 idioma Latinum juxta Germanicum pro forensi agnovit, dein-  
 de in Capitulatione Caroli V. usus linguæ Patriæ lege publica  
 stabilitus fuit.



- (6) Archiepiscopus Trevirensis habet etiam Judicium aliquod immediatum in Vicinia Patriæ Leodiensis, quod dicatur *Arvans & Loncin.* à quo appellatur ad Cameram, & utuntur ibi Idiomate Latino.
- (7) Interest enim partis cujusque litigantis, ut, quid actum sit, videat & intelligat, vel si nesciat etiam Latina, in istis Provinciis ab Advocato informari possit. Alieno enim sermone, quam eo qui est communis, & vulgaris regi populum, in magnis censetur calamitatibus, vid. Joh. Petr. Ludwiggii *Commentat. ad Aur. Bull. part. 2. pag. 1339. & seq.*
- (8) Meminimus nos Processus cujusdam Decreti Anno 1716. sequenti rubrica: Mandati S. C. de cassando Dicasterium Gallicum, sed administrando Jus & Justitiam juxta Jura Cæsarea & Constitutiones Imper. Roman. Germanici in lingua vernacula &c.
- (9) Vide *Commentat. supra dictam ad Aur. Bull. part. 2. pag. 134. & seqq.*
- (10) Vid. *Dissertat. de Jurisdic. Official. in Causis Civilibus, editam Anno 1724. aphorism. 5. & 6.*
- (11) Von Gottes Gnaden Clement August, Erzb. Bischoff zu Colln/ des Heil. Röm. Reichs durch Italien Erzb. Cantzler und Churfürst/ Legatus natus des Heil. Apostolischen Stuhls zu Rom/ Bischoff zu Münster/ Hildesheim und Paderborn &c. &c.

**D**ies und fügen hiermit zu wissen: Demnach Wir durch glaubhaften eingenommenen Bericht und sonst wahrgenommenen/ welcher gestalt bey unserm Münsterischen Geistlichen Hof - Gericht bishero in Idiomate Latino geführte Processus Unseren Hoch - Stiffts getreuen aufm Lande wohnenden Unterthanen / besonders denen Illiteratis aus Mangel der ihnen hochbenöthigsten Explication deren abgesprochenen Decretorum, und darauf an ihren Advocaten und Procuratoren verfügender nöthiger Information in vielen Sachen schon zu nicht geringerm Nachtheil und Schaden gereicht hat. Gestalten bey all solcher Bewandnuß viele / auch so gar die gerechteste Sachen verlustig gangen / worinnen sonst obsiegliche Urtheil hätten ergehen können / und dann Wir aus Absicht allgemeiner Wohlfart Unserer Hoch - Stiffts



Stifts Unterthanen bewogen worden/ dieserhalb aus Fürst- Väterlicher  
Vorsorge eine beständige gnädigste Verordnung ergehen zu lassen.  
Als befehlen Wir Unserem Geistlichen Hof- Gerichts- Officialn hier-  
mit gnädigst / so fort die Verfügung zu thun und ohnaußgestellt zu  
veranstalten / daß nach geschehener Publication diese Unsere gnädigste  
Verordnung in Causis Curialibus nun und hinfünftig bey Unserem  
Hochfürstl. Münsterischen Officialat- Gericht die obschwebende so wohl  
als auch die introducirende Proceß- Sachen nicht mehr in Idiomate  
Latino, sondern wie bey andern Unsern auch benachbarten Officia-  
lat- Gerichten auf Teutsch geführt / also auch die Acta zu besserem  
Begriff und Information deren der Lateinischen Sprach ohnerfahrenen  
Partheyen geschehen werden / Unserem Officialn anbey gnädigst be-  
fehlende / auf die Einfolge Ordinationis Curiae Ecclesiasticae in übrigen  
Puncten und in Causis Ecclesiasticis ohngeändert / steif und fest  
zu halten / besonders auch die obschwebende Rechts- Sachen / durch  
Rechtlichen Spruch zur Endschaft zu befördern / vor allem vor über-  
flüßigen Interlocutis und übermäßigen Sportulis sich zu enthalten.

Zu Beschleunigung deren Rechts- Sachen/ auch denen Procuratoribus,  
bey Straff Fünff Gold- Gulden anzudeuten / daß dieselbe für ihre  
Partheyen post unumquodque Decretum Interlocutorium nicht  
mehr denn zwey Schrifften übergeben/ und darauff allemahl die Acta  
zum Rechtlichen Spruch präsentiren sollen. Und damit nun Officialis  
und Assessorn, sonst auch Jedermänniglich wissen möge / wie hoch  
diese Sportula in jeden Sachen sich betragen/ verordnen Wir gnädigst  
und wollen / daß Anfangs so wohl als auch post unumquodque De-  
cretum von einer Sextern oder sechs Bogen in denen Actis an Spor-  
tula nicht mehr denn 10. fl. 6. S. bey denen Interlocutori- Urtheeln  
sollen gestellt werden / es wäre dann daß der punctus controversus  
ein besonderes Studium Juris erfordern möchte / woben aber die De-  
signation deren Sportulen aller Bescheidenheit gebrauchet/ bey Abfas-  
sung deren Definitiv- Urtheeln aus angewachsenen Actis aber/ und da  
dieselbe vielleicht von Anfang revidiret/ auch dazu ein- oder ander Tag  
von den Referenten zugebracht werden müssen / nebens denen von je-  
der Sextern ab ultimo semper Decreto anzurechnen / wie obgemeltd/  
verordnete 10. fl. 6. S. täglich nicht mehr denn 2. Rthlr. pro Sportu-  
lis gesetzt/ und allemal dabey nach Gewissen und Verantwortung des  
Referentis verfahren werden solle. Wornach bey Vermeidung Un-  
serer hohen Ungnade und scharffen Einsehens sich zu richten.



Urkund Churfürstl. gnädigsten Hand- Zeichens und Secrets - Sie-  
gel. Bonn den 26. May 1725.

(L. S.)

Clemens August.

## OBSERVATIO IV.

### *Pro utilitate & justitia Remediorum Juris Possessoriorum.*

**D**istinctio Remediorum Juris possessoriorum à pe-  
titoriis, fundata in utroque Jure cum Romano  
tum Pontificio, utilitatis summæ, ratione & Justitia  
minime destituitur. Cum enim distinctæ sint causæ  
proprietas & possessionis, (1) opus erat etiam reme-  
diis distinctis. Multi possunt existere casus, ubi quis  
proprietas rei sine longis ambagibus probare non  
possit, quem propterea in possessione turbare, vel ex  
ea dejicere, atque ad actionem petitoriam remittere,  
erat valde iniquum. (2) Pacis itaque in Republica  
conservanda intererat, ut congruis remediis ejusmodi  
facta coërcerentur. (3) Frequentes etiam casus, ubi  
in possessionem est mittendus, qui hæredem ab inte-  
stato, vel ex testamento vitis aperto non laborante,  
se esse probat, contra eum qui pro hærede vel posses-  
sore possidet. (4) Alii: si Creditores pignorum, vel  
hypothecarum possessionem nancisci contra morosos  
debitores vel tertios possessores desiderant. (5) Multi  
alii, in quibus ob grave imminens damnum interdicto  
vel



vel jussione Judicis pœnali opus erat. (6) In omnibus his casibus competentia remedia, Jure quo utimur, sunt proposita. In quibus, si exceptiones, quæ difficiliorem requirunt inquisitionem, ad aliud Judicium, petitorium nempe, remittantur, interim vero spoliatus restituatur: turbato manutentio, hæredi scripto immissio, ab intestato hæredi bonorum possessio, creditori pignoris vel hypothecæ possessio tribuatur: hoc sane nihil habet iniqui, sed rationi & Justitiæ est consentaneum.

Alia distinctio possessorii Judicii & remedii à forma sine modo procedendi desumpta, in *Ordinarium* & *Summarium* sive momentaneum, quæ in Supremis etiam Imperii Judiciis est frequens. (7) Consideratur enim vel possessionis factum nudum, quis sit in novissima possessione turbatus, vel ex ea dejectus, vel etiam Juris disceptatio accedit, quæ possessio antiquior sit, & justior; Illud *Summarium* dicitur, hoc *Ordinarium*. Neque tamen argumenta petitorii in ordinario tractanda cum prolixioribus & solennioribus probationibus; sed tantum admittuntur tales, quæ fieri possunt in continenti. Exemplum est (8) in remedio celeberrimo ex *Constitutione de Pignorationibus*. Duplex hic est Processus *Mandati & Citationis* ille Possessorii summarii, hic ordinarii. (9) Petitorium ad aliud forum pertinet. In ordinariis plenæ probationes solennioresque si admittendæ essent, frustranea foret remissio ad petitorium: Inutilis processuum litisque multiplicatio.

Aliud



Aliud Exemplum: Moritur possessor bonorum partim feudalium partim allodialium sine liberis. Apprehenderunt possessionem, cum hæredes, tum successores feudales promiscue, quæcunque quis primo potuit nancisci. Pacis & quietis publicæ intererat, ut in momentaneo possessorio, quantum quisque apprehendisse se docuerat, manuteneretur; Instituto deinde ordinario, opus erat separatione & inquisitione quæ corpora pro feudis, quæ pro allodiis haberi possent. Non admittebantur probationes feudi difficilioris indaginis, sed quæ essent planæ & apertæ. Sufficiebat pro allodio etiam præsumtio Juris. Reservato utrique parti pleniori probatione in petitorio instituenda. Interim in ordinario possessorio vincebant hæredes ratione corporum, quæ successores feudi in literis Investiturarum vel Reversalibus specificè vel genericè expressa esse docere non possunt. (IO) Omnium remediorum possessoriorum finis est haud dubie, ut promptior esset Justitiæ administratio quietis publicæ conservatio, privatæ vindictæ prohibitio. Non, ut petitoria Judicia in secula trahi deberent. Sed quod processus petitorii prolixiores admitteret probationes, dilationes facilius concederentur.

Hæc tametsi ita sese habeant, diuturnitatem tamen processuum in possessorio summariissimo, ut taceam ordinarium & petitorium, non mirabitur, qui meminerit & perpenderit, habere unamquamque fere peculiariæ circumstantias, in instructione industriam, tempo-



tempora, fata. Permultæ expediuntur facilius & maturius. Magna causa durationis litigiorum est ab ipsis partibus, Advocatis, aliisque accidentibus.

Adjungo hic Confectaria, ad praxin forensem cum primis utilia & quotidiana:

*Primum*: Distinctionem possessorii in ordinarium & summarium tantum pertinere ad remedium retinendæ vel recuperandæ possessionis, non item ad acquirendæ. Unico excepto, ex *L. fin. Cod. de Edict. Div. Hadrian. tollend.* Cætera adipiscendæ possessionis remedia ad ordinarium spectant, quia quæritur de possessionis titulo & jure, non de solo facto. Imo & ipsum remedium *L. fin. Cod. de Edict. Div. Hadrian. tollend.* ad ordinarium deflectit, si existat contradictor legitimus. In summario vero de solo facto turbationis vel dejectionis quæritur, quod vel manutentione alterutrius, vel injuncta restitutione compescitur, remissa quæstione pleniore ad ordinarium.

*Secundum*: Jure Romano interdicto uti possidetis vincebat is, qui ab adversario vi clam vel precario non erat nactus possessionem, & possessionem suam tempore litis contestatæ, h. e. cœptæ (actor enim dicitur etiam litem contestari) probaverat. Jure nostro per Canones adaucto, hæc regula ad summarium seu momentaneum magis refertur, ita ut momentum possessionis latitudinem aliquam habeat ad actus anteriores proximos. In ordinario vero probatio antiquioris

D

&amp;



& justioris possessionis requiratur ad victoriam non Rei sed Actoris, ut proinde in ordinario vincere possit qui in momentaneo succubuerat. (II) Casus tamen sunt rari, cum primis in Judiciis supremis, ubi plerumque processus summarius degenerat in ordinarium; solent enim partes possessionis suæ titulos laudare, alter vero contradicere & de Justitia possessionis, imo Domini, agere. Judex supremus in omni possessorio ad titulum respicere solet juxta *Mev. part. 6. decis. 100.*

*Tertium:* In summarissimo possessorio plerumque Judicem implorant uterque qui de possessione certant, proinde uterque sustinent partes Actoris & Rei contra se reciproce, & est processus respectu partium turbulentus; necessarium est itaque ut manutenendo eum, qui in novissima reperiebatur possessione, alter constituatur Actor in ordinario. Certum enim esse debet, quis petat & à quo petatur. Ergo in summarissimo utriusque possessio consideratur à Judice in facto nudo. In ordinario incipiendum erit ab examine probationum Actoris. Huic enim incumbit possessionis suæ Justitiam probare plenius, quod si non fecerit, absolvetur Reus etiam in ordinario, petitorio salvo. Unde patet commodum insigne Judiciis possessorii, quia devolvit onus probandi in adversarium.

*Quartum:* In summarissimo, si argumenta, quæ ad ordinarium pertinent, Judex existimaverit non impedire restitutionem; Eadem argumenta si postea recur-



recurrant in ordinario, frustra excipiet Reus esse reco-  
cta. Alia enim est ratio summariissimi, alia ordinarii:  
In illo odio spoli, cum primis si violentum fuerit, odio  
pignorationum & privatae vindictae procedit Judex,  
in hoc vero, quae ad justitiam possessionis pertinent,  
non negliget, ita tamen ut ea quae ad petitorium ma-  
gis spectant, ad discussionem in hoc Judicio reservet.

*Quintum*: In ordinario cautus partis reae Advoca-  
tus operam dat cum primis, ut argumenta Actoris  
elidat, sua vero fundamenta cum moderamine profe-  
rat, ne videatur Actorem agere velle potius quam Re-  
um. In petitis observat, ne ullo modo ad petitorium  
defleat. Officium Judicis est, si petitorii merita non  
reperiantur expedita & aperta, ut sequatur actionis  
possessoriae formam: Si vero de justitia petitorii satis  
constat, ita ut pleniori probatione opus non sit, non  
adstringitur Judex cum primis superior ad formulam  
actionis, sed poterit pronunciare etiam in petitorio.

*Sextum*: In omnibus Mandatis Cum Clausula  
non facti solum, sed juris etiam quaestio venit in con-  
troversiam. Sunt ergo istiusmodi causae, quae de pos-  
sessione agunt, ordinarii possessorii cum petitorio mix-  
ti. (12) Nam & petitorii à possessorio ordinario, post  
receptum processum possessorii summarii, differentia  
non est admodum magna. (13)

*Septimum*: Sententia restitutoria possessionis fer-  
tur quandoque absque praecedente Mandato de resti-  
tuen-



tuendo, quando processus scena mutata fuit, & Supplicata extrajudicialis ad Judicium remissa, atque inter partes lis instructa, hinc formula pronunciandi: **In Sachen** ꝛ. Mandati de non offendendo Sine - de non turbando vero Cum Clausula, jeso in puncto Supplicationis pro Mandato cassatorio, restitutorio & de exequendo: **Ist allem Vorbringen nach zu Recht erkannt** ꝛ. vide Deckherri *Sentent. Num. 568.*

- (1) *L. incerti Juris non est. 3. Cod. de Interdictis. l. 3. Cod. de rei vindicat. l. 1. Cod. de appellation. juncto titulo Decretal. de causa proprietat. & possess. lib. 3. tit. 12. ibique Interpret.*
- (2) Adeo favorabilis fuit causa possessorum etiam Jure Romano, ut Pratoria æquitate bonæ fidei possessori daretur actio rei vindicatoria, §. 4. *Institut. de action. l. 1. & 3. ff. de Publician. in rem action. l. 7. §. 8. eod.*
- (3) Hinc remedia possessionis vel retinendæ vel recuperandæ in jure fundata, de quibus pluribus agit in *Commentario Menochius.*
- (4) *L. fin. Cod. de Edict. Div. Hadrian. tollend. ad quam, & de legitimo contradictore, extant tractatus utilissimi Cæsaris Argeli Archi-Præsulis Avenionensis.*
- (5) *Tit. ff. de Salvian. Interdict. de quo extat Commentarius Statilii Pacifici, vide etiam Tessaureum decis. 175.*
- (6) Hinc innumera exempla Mandatorum Sine Clausula, quando-cunque manifesti Juris est, faciendum aliquid esse vel omit-tendum. Dixi ex de re pluribus in *Commentat. Systemat. sect. 1. §. 10. pag. 97. usque 155.*
- (7) Summarium possessorium non est confundendum cum processu, quem appellamus summarium respectu causarum, quæ tractari debent, ut ajunt de plano. Hujus processus caracte-res ex *Speculo Aureo Marantæ* exposui in *Commentat. Systemat. sect. 1. §. 8. pag. 83. seqq.* Non est dubium distinctionem re-medii



medii possessorii in summarium & ordinarium fundatam esse Jure & Pontificio & ipso Civili Romano, vid Böhmer. *Jur. Ecclesiast. lib. 2. tit. 12. §. 8.* Neque poenitebit integrum locum Celebrissimi Philologi Guilielmi Buddei Parisiensis inspicere in *Commentar. ad ff. l. 2. de orig. Juris.* ubi de Vindiciarum nomine agit, per quod possessionem fiduciarium five summariam intelligi excultissimâ doctrina demonstrat. Finis processus summarii five momentanei est is, ut in controversia de possessione uni litigantium assignetur possessio per modum provisionis quietis publicæ gratia.

- (8) Varii sunt casus in quibus fiduciarium possessionem assignare potest Judex alteri litigantium, non tamen in omnibus fundabitur Jurisdictio Camera Imperialis, sed pro re nata vel ex Constitutione speciali de litigiosa Possessione, de Pignoratione, de Arrestis, vel ex qualitate facti, quod requirit Judicis superioris jussiones five Mandatum S. C. Dixi de singulis in *Commentat. Systemat. sect. 1. §. 7. 8. 9. 10.* certe non omnes Mandatorum species de possessione agunt, quemadmodum nec Romano Jure interdicta omnia possessionem spectabant, sed pluri-  
ma continebant causam proprietatis, *princ. Institut. & l. 2. §. 2. ff. de Interdictis.* scilicet quando possessio requirit simul probationem tituli justî, ut in causis Regalium, Jurisdictionis & Beneficiorum, Frider. Mindan. *tractat. de Interdictis, cap. 21. num. 4.* vel quando per viam interdicti petitorium non preparatur, sed omnis causa finitur, *l. 1. §. fin. ff. de aqua quotid.* Colleg. Jur. Argentorat. *tit. de Interdict. §. 16. 36. & 47.*  
Dantur etenim varia facta coercenda per viam Mandati, que tamen ad possessionem non pertinent, prout ad injurias alteri inferendas vel faciendo, vel recusando debitum, proclives sunt & ingeniosi non pauci mortalium. Hinc novas subinde experimur in Camera Imperiali Mandatorum rubricas five inscriptiones, ex quibus plurimæ de possessione non agunt, sed sufficit esse certum Jus, factum vero Juri adversari, vel quotiescunque necessarium est, ut, donec de Jure cognoscat Ju-



dex, alteri omnia salva conferentur, vid. Coccej. *de abusu Mandatorum Sine Clausula* §. 21. & seq.

Est ergo in hujusmodi processu formula actionis generalis Imploratio Officii Judicis, vel in factum actio, specialior enim hic non datur.

- (9) Duplicem hunc processum in materia Pignorationum, Praxeos Cameralis peritis non potest esse, vel esse non debet, ignotum, vid. Gail. *de Pignoration. observat. 1. num. 10. & observat. 3.* saepe tamen animadvertimus utramque causam confundi. Exceptiones, quæ causam Citationis five Causalium id est Juris concernunt, cum Exceptionibus ad causam Mandati five Partitionis, id est factum Pignorationis concernentibus, commiseri, quod an ex imperitia vel astutia fiat, suo loco relinquo. Judicis vero est distinguere utramque causam, atque dum processus adhuc est instituendus, Procuratores, ut distinguant, monere, si vero causa conclusa, in judicando distinctionem facere, & utramque causam pari passu definire, vid. *Recess. Imper. de Anno 1654. §. 139.*
- (10) Vid. *Sententias Camerales in causa Familiae Spiegelianæ, Alodialium contra Feudales, Mandati Inhibitorii &c. &c.*
- (11) Böhmer. *Jur. Ecclesiast. lib. 2. tit. 12. §. 6.*
- (12) Lauterbach. *ad tit. de Interdict. §. 15. & 27.* Pfankuch. *de sumnariissimo Possessorio lib. 2. cap. 4. num. 9.* confer Posthium *decis. 187.*
- (13) Colleg. *Jur. Argentorat. tit. de Interdict. thesi 38. & tit. quem adm. Testam. aperiantur. thes. 12.* Frider. Mindan. *de Interdict. cap. 11. num. 15. seqq.* Hugo *de Statu Regionum Germaniæ cap. ult. §. 33. in fine.* adde Menoch. *remed. recuperand. 4. n. 479.* Gail. *lib. 1. observat. 7.*





OBSERVATIO V.

*Officialis Paderbornensis exercet in causis  
civilibus Jurisdictionem immediate subordinatam  
Judiciis supremis Imperii.*

**I**Nter Officiales Episcopatum, qui in causis civilibus  
exercet Jurisdictionem, & à quibus immediate ad  
Judicia suprema Imperii appellatur, numeratur etiam  
Officialis Paderbornensis, cujus rei exempla memini-  
mus. (1) Est etiam Officialis Paderbornensis Judex  
appellationis superior in ordine ad Judicium Syndica-  
tus Capituli, cui præsidet ejusdem Decanus. Deinde  
respectu Judiciorum inferiorum omnium Episcopatus,  
quoad causas personales. (2)

(1) In causa der Stadt Brackel / die Bestellung des Organisten-  
Dienstes betreffend. Porro in causa Marckler contra Frey-  
herrn von Metternich Vormünder / & aliis.

(2) Hac res cum in Literis Informatoriis quibusdam ab Officiali  
Paderbornensi ad Cameram transmissis explicata sit plenius,  
visum fuit eas hic subungere :

**S**itu unterthänigsten gehorsamsten Bericht erhellet ex Actis pri-  
mæ Instantiæ daß die Stadt Brackel den teutschen Schulmeister  
und Organisten ex prætensa immemoriali possessione anzusehen ha-  
be / welches aber der Commissarius Archidiaconalis nicht zugeben  
wollen / sondern demselben Schulmeister so wohl / als auch ipsi Ma-  
gistratui der Stadt Brackel die Schul und Orgel verboten / welche  
Stadt aber ab hâc inhibitione des Commissarii an dieses Geistliche  
Hof- und Officialat - Gericht / utpote superius Judicium, tam in  
Ecclesiasticis quam Civilibus per Appellationem ihren Recursum  
genommen / weiteres aber nicht / als simplices Compulsoriales erhal-  
ten / worauf dann so gleich Commissarius Archidiaconalis in dieser  
geringen Summarischen Sachen die Acta Originalia primæ Instantiæ  
præ-





präsentirt / und dabey eine so rubricirte Rechtliche Vorstellung von dem Herrn Archidiacono von der Lippe aus der Kirchen - Ordnung übergeben / vermög welcher alle und jede dergleichen Kirchen - Bediente / Custodes, Ludimagistri & Ludimagistræ Dno. Archidiacono vel ejus Commissario Archidiaconali Exercitium Juris Ecclesiastici administranti, das consuetum Juramentum prævio examine quoad capacitatem abfratten müssen / so seynd darauf in hoc puncto præstandi Juramenti visis Actis Originalibus prioris Instantiæ die gegebene Compulsoriales hinwieder cassirt / und Kirchen - Ordnungs - mäßig remittirt ;

Ubrigens die Substantialia merita causæ principalis cuilibet Judici superiori competenti ferners anheim stellend / von welchen meritis causæ principalis ex Actis primæ Instantiæ damalen tempore Cassationis Compulsorialium nichts sonderliches aufgeföhret gewesen / wie auch was ex post weiters post factam Cassationem Compulsorialium & remissionem in prima Instantia & Appellatorio, nach dem weiters ergangen und ventiliret worden / davon bey diesem Geistlichen Hof - und Officialat - Gericht nichts constiret / sondern solches die weiters expost gepflogene Acta in prima Instantia & Appellatorio mit mehreren aufweisen müssen / ob wohl oder übel demnachst à Commissario Archidiaconali in causa principali verfahren seye / ob er Judex competens über den Magistrat oder vielmehr Pars seye ? Was sonst der punctus incidens betrifft / ob auch ein zeitlicher Paderborner Official des Geistlichen Hof - und Officialat - Gerichts Judex immediatus & competens seye / tam in Ecclesiasticis, quam Civilibus, solches ist allhier von ohndencklichen Jahren kenntlich und ohnstreitig / wie zu Münster und Cöllen / und hat mit dem Weltlichen Hof - Gericht in Civilibus concurrentem Jurisdictionem, demnachst die Appellatio quoad Civilia an die Cansley / oder aber in Summa appellabili an die Hochpreikliche Kayserliche Cammer gehet ; quoad mera Ecclesiastica aber ad Metropolitanum Moguntinum vel Dominum Nuncium Apostolicum aut Curiam Romanam : Dann ist weiters in facto wahr / und verordnet / daß die Herrn Archidiaconi in Ecclesiasticis & Matrimonialibus ac correctione morum & excessuum contra privatos primam instantiam haben / aber von denenselben die Appellatio ad superius Judicium Officialatus devolvire / welches Ober - Gericht auch so gar in Matrimonialibus & connexis concurrentem Jurisdictionem auch in prima Instantia cum Dominis Archidiaconis hat / dergestalt / daß einer jeden Parthey frey



frey sehet / auch in primâ Instantia so gleich bey dem Geistlichen Hof- und Officialat - Gericht / oder bey die Herren Archidiaconos die erste Klage einzuführen / die Archidiaconi aber correctionem excessuum & multas Synodales in suo districtu privative haben ;

Ob nun ferner in causa principali der Commissarius Archidiaconalis post cassatas Compulsoriales & remissionem in Formalibus Processus & in Executivis excederet / oder attentiret / ob er Judex competens super integrum Magistratum oder pars seye / ob die Stadt Possessionem immemorabilem contrariam für sich habe / oder nicht / ob causa Possessorii mixti fori seye oder nicht / solches werden weiters die ulteriora Acta prioris Instantie & Appellationis mit mehrerer aufweisen / wohin man sich lediglich beziehet / und Obrigkeitlicher Judicatur anheim stellet / nach welchem gehorsamsten Bericht stershin verharre.

Euer u. u.

Paderborn den 11. Februar.  
1725.

Theodorus Holter, J. U. Ltus,  
Officialis Paderborn.

## OBSERVATIO VI.

*Forum contractus sortitur Reus extra domicilium, si in illo deprehendatur. Neque defenditur Privilegio de non evocando, quod in loco domicilii viget.*

IN foro contractus contra quemcunque actio institui potest Jure civili, sive secundum Jctorum quorundam sententiam Reus ibi reperiatu sive non. (1) Jure hodierno absens invitus comparere non tenetur. (2) Exceptio est si Arrestum fuerit decretum. (3) Cum igitur civis Aquisgranensis contraxisset in urbe Belgii

E

gü



gii Foederati Leydensi, neque solvisset juxta legem contractus, creditores occasionem nacti in urbe Trajectensi ad Mosam, in qua Jurisdictionem exercent Foederati Belgii Ordinum Deputati, debitorem civem Aquisgranensem arrestari fecerunt, ubi hic sub hypotheca bonorum Aquisgrani sitorum, imo sub obligatione suæ personæ, Judicio Trajectensi ut se submitteret, fuit obligatus; Processu itaque ibi instituto Reus omiſſa omni fori exceptione ad testes Aquisgranenses provocavit, qui etiam ad requisitionem Judicii Trajectensis Aquisgrani sine hæſitantia fuerunt examinati, & Rotulus ad Judicem requirentem transmissus, Reo deinde condemnato appellavit hic ad superius Judicium Ordinum Foederati Belgii, rursusque succubuit. Cum deinde pro executione sententiæ Requisitoriales ad Scabinatum Aquisgranensem emanassent, hic vero debitori condemnato terminum ad parendum sententiæ præfigere, nec non ad petitam ab ipso dilationem concedendo eam, ulteriorem concedere, tandemque, non parente Reo, executionem demandare non dubitasset, subsidium quæſivit Reus in provocatione ad Cameram Imperialem, allegando nullitatem sententiæ, propter Judicem Trajectensem incompetentem. Hæc vero incompetencia Jure dabatur in Privilegio urbis Aquisgranensis de non evocando, & in Bulla Brabantina evocationes prohibente. Esse vero Trajectensem civitatem ad Brabantiæ Ducatum refer-

ren-



rendam, quemadmodum Judices ibi ipsa inscriptione nominis faterentur, & in Recessu Imperii nec non Capitulationibus Cæsareis evocationes istiusmodi prohiberi. Consideratum tamen fuit, in Camerali Senatu, quod Privilegia de evocando quæcunque in Imperio non pertinerent ad forum contractus, proinde frustra provocare condemnatum ad Bullam Brabantinam, (4) quæ etiam si recte consideretur, ei minime suffragaretur, neque Judex requisitus decreturus fuisset executionem, si petita Supplicantis ulla ratione fundata esse credidisset. Cum itaque cives Aquisgranenses urbem Trajectensem vicinam evitare non possent, & Judicio Trajectensi, Imperii Jurisdictioni non subiecto, non fuisset difficile futurum executivas vias contra Aquisgranenses exercere; denegati Processus, & Procurator Scabinatus monitus, ut de Decreto denegatorio certiores faceret Principales, quo minus de executione facienda dubitarent.

- (1) Lauterbach. *Colleg. Pract. tit. de Judiciis.* Lyncker. *in Commentar. ad Pandectas hoc tit. §. 34.*
- (2) Gail. *lib. 2. observat. 36. num. 14.* Coler. *Process. Executiv. part. 2. cap. 1. num. 44.*
- (3) *Mev. part. 1. decis. 239.* Franzk. *lib. 3. resolut. 11. & seqq.*
- (4) Cujus tenorem vid. apud Wehner. *Symphorem. tom. VI. pag. 39. & im Reichs Archiv part. special. Continuat. I. Rubrica Burgund. Num. 2.*



## OBSERVATIO VII.

*In causa Spolii hinc inde suscepti variæ  
Exceptiones rejectæ.*

**P**ossessio apprehensa ex falsa causa ad effectum manutentionis non proficit. (1) Et licet Spoliatori aliquando competere possit interdictum recuperandæ contra tertium, inique tamen postulabit contra eum quem ipse antea dejecerat, si hic data occasione in possessionem reverti tentaverit. Nam ex improbitate sua lucrum habere non debet. (2) In casu proposito opponebatur etiam, quod adversarius dejectus ex possessione non esset legitime natus. Hæc objectio locum invenire poterat, si fuisset quæstio de successione feudali vel fideicommissaria. Sed cum de re allodiali & successione in bonis maternis ageretur, non poterat non haberi hæc oppositio pro inutili. Alia objectio de pacto successorio multis dubiis erat obnoxia, nimisque confidentur pacti ejusmodi securitatem assererat, qui in eo fundabat intentionem suam. (3) Tandem inepte satis vocabatur in dubium Jurisdictio Camerae, ac si cognoscendo de matrimonii legitimi veritate fieret aliquid contra legem Cameralem *part. 2. tit. 1. §. finali.*

(1) *Posth. decis. 74. num. 14. seqq.*(2) *Mev. part. 8. decis. 323. & part. 9. decis. 10.*(3) *L. 19. Cod. de Pactis. Torre de Pactis futuræ Succession. lib. 1. §. 15. seqq.*

OBSER-



OBSERVATIO VIII.

Feudi solaris exemplum.

**A** Busive appellari rem allodiam nomine feudi solaris ostendit Eybenius *tota dissertat. de feudo solaris*. Exemplum notabile istiusmodi feudi in vicinia urbis Aquisgranensis der Herrschafft Schönau in sequenti copia documenti Investituræ comunicamus. (I)

(1) **I**n Gottes Nahmen Amen. Durch diß gegenwärtig offenbar Instrument seye männiglich kund und zu wissen / daß im Jahr nach der heilsamen Geburth Christi unsers Lieben Herrn und Seligmachers Sechszehen Hundert Neun und Zwanzig / in der Zwölfften Indiction, Römer Zinß-Zahl genannt / bey Herrsch- und Regierung des Allerdurchläuchtigsten / Großmächtigsten / und Unüberwindlichsten Fürsten und Herrn / Herrn Ferdinandi des Andern / von Gottes Gnaden erwählten Römischen Kayfers / zu allen Zeiten Mehrern des Reichs / in Germanien / zu Hungarn / Böhheim / Dalmatien / Croatia / und Slavonien Königs / Erz-Herzogen zu Oesterreich / Herzogen zu Burgund / Steyr / Kärndten / Crain und Württemberg / Grafen zu Habsburg / Tyrol und Görz / unsers allergnädigsten Herrn / in Ihrer Kayserl. Majestät Reiche des Römischen im Zehenden / des Hungarischen im Fufften / und des Römischen im Zwölfften Jahre / auf Mittwoch den Ein und Zwanzigsten Monats-Tag Martii Neuen Calenders / an dem Mittag in mein hernach benennnten Kayserlichen immatriculirten Notarii und glaubwürdigen Zeugen Bewwesen / der Edle und Beste Fr. Amandus von Milendunck / Herr zu Schönauen / Ihrer Edl. L. Lehen ihres Hauß und Herrlichkeit Schönauen / übermüß derselben Unterthanen / von Gott dem Allmächtigen und dem herrlichen Element der Sonnen / wie sich gebührt / empfangen habe / samt allen derselbigen Hauß und Herrlichkeit / An- und Zubehör / Superiorität / Hoch- und Gerechtigkeit in Diepen und Dreugen / Horgen und Medern / nichts darunten ab- noch aufgeschieden / mit allen dazu gehörigen Solemnitäten und Verpflichtungen / auch in allermaßen und gestalt / als Ihrer Edlen Löbliche Vor- Eltern und Verwandten jederzeit gethan und herbracht haben / dabey und über dann Ihre Edl. L. mit Auflegung der linken Hand auf ihre Seit / mehr zur sondern




Urkund einen Silbernen Pfening unter die gemeldte Unterthanen ins gemein und öffentlich haben aufgeworffen / folgendes aber nach empfangenen Lehn haben die gemeldte Unterthanen wohl gemeldetem ihrem Edlen Herrn gehuldet / und Ihrer Edl. L. freu / hold und gehorsam zu seyn / Argste zu warnen / und Beste zu befördern / mit aufgerichteten Fingern zu Gott dem Allmächtigen / wie sich gebührt / einhellig gelobet und geschworen ; Wie ingleichen Ihre Edl. L. hinwiederum ihnen den Unterthanen in allen rechtmäßigen Sachen fürzustehen / und sie bey ihren Privilegien zu schalten und zu handhaben endlich haben angelobt / alles beyderseits in bester Form / ohne Gefährd und Arglist ; Ueber welches alles Ihre Edl. L. von mir Notario ein oder mehr offene Instrumenta begehrt haben ; Diese Ding seynd beschehen für dem Hauß Schönau auf und für der Brucken / dabey an- und über gewesen sind die auch Edle und Beste Fr. Johann von Keberberg genannt Utesven / Fr. Herman von Hirs genannt von der Landskron / und Fr. Balthasar von Streithagen / als dazu sonderlich erforderter glaubhafter Zeugen.

Und wann ich Guilielmus Pin, Burger der Stadt Nach / aus Römischer Kayserlicher Macht und Gewalt offenerer und am Hochlöblichen Kayserl. Cammer - Gericht zu Speyer immatriculirt- und bewährter Notarius bey dieser Lehn - Empfangung / Huldigung und Verpflichtung selbst persönlich neben vorgemeldten Zeugen zugegen gewesen / die also vor mir bestehen / gesehen / gehört und in notam genommen / derowegen habe ich gegenwärtig offener Instrument darüber gefertigt und aufgerichtet / mit eigenen Händen geschrieben und unterschrieben / auch mit meinem gewöhnlichen Notariat - Zeichen befestiget / darzu tragenden Amts halben sonderlich beruffen und erfordert.

Präsensat. Spiræ 13. Septembr.

1665.

(L. S.) Guilielmus Pin, Notarius  
immatriculatus. Mppriâ.



OBSER-



**OBSERVATIO IX.**


*Clausula Cautionis in Mandatis Procuratoris effectus.*

**I**N Mandatis Procuratoriis generalibus per Ordinationem Cameralem requisitis, (1) non est frustranea clausula finalis Cautionis sub hypotheca bonorum à quocunque qui Procuratorem constituit, Mandato inferenda. Ut sciat adversarius non solum cum quo sit litigandum, sed etiam à quo effectum victoriae sortiri queat. Falluntur ergo qui hanc Cautionem dicis gratia apponi & formulam esse absque effectu existimant. Alia omnino fuit mens Legislatorum & Juri conformis. Neque enim juvatur ordinis beneficio, si quis pro alio judicatum solvere constituerit. (2) Ergo ex. gr. si Tutor liti se obtulerit Pupilli nomine, cavendo prout dictum in Mandato Procuratorio, si succumbat in lite, ipse Executionem patietur in bonis etiam propriis. (3)

(1) *Ordinat. Camer. part. 3. tit. 14.*

(2) *Mev. part. 1. decis. 228.*

(3) *Berlich. part. 1. conclus. 16. num. 15. & part. 1. decis. 14. Carp-zov. part. 1. constitut. 32. definit. 14. & lib. 4. Respons. 7. num. 1.*



**OBSER.**



## OBSERVATIO X.

*Quando contra Tutorem & in ejus bona propria fieri possit executio judicati.*

**V**ariæ sunt causæ, ob quas etiam contra Tutorem jure decernitur executio, ita ut beneficio excusationis bonorum pupillariorum uti non possit.

1. Si bona, in quæ fieri possit executio, demonstrare recuset, *Mev. part. 6. decis. 410. num. 8.*

2. Si effecit, ut ex nexu tolleretur pecunia à Creditoribus arrestata, *Mev. part. 4. decis. 122.*

3. Si nomina bona debito tempore exigere neglexerit, *l. 2. Cod. arbitr. tutel. Mev. part. 7. decis. 198. & part. 8. decis. 79.*

4. Si in adeunda hæreditate consulto non egerit, *l. 4. Cod. arbitr. tutel. Inventarium legale non conficiendo, l. 7. Cod. eod. Mev. part. 7. decis. 282. & 189.*

5. Si, cum sciret, vel potuisset scire, Contutorem facultatibus labi, mature non prospexerit, *Mev. part. 7. decis. 197.*

6. Si quidquam circa administrationem neglexerit, ut propterea malæ fidei reus fiat, *Mev. part. 8. decis. 16.*

7. Si pro Pupillo cavendo semet obligaverit, *l. 2. ff. de administrat. Tutor. Berlich. part. 1. decis. 14. & part. 1. conclus. 16. num. 15.*

8. Si liti sese obtulit, *l. 2. ff. de administrat. Tutor.*



*Et in ejus bon. propr. fieri possit Execut. judicat. 41*

*tor. l. 25. § 68. ff. de rei vindicat. l. fin. ff. si ususfruct. petat. ubi Anton. Faber in rational. Mev. p. 3. d. 98. n. 2.*

9. Si factio ipsius vel culpa defecerit executionis objectum, *l. 43. §. 1. dict. tit. Mev. p. 1. decis. 227. n. 4.*

10. Si sciens pupilli inopiam, lite vexaverit creditores, *l. 6. C. de administrat. tutor. Carpzov. p. 5. resp. 75. num. 10. Mev. part. 1. decis. 228. & part. 6. decis. 410.*

## OBSERVATIO XI.

*Testamentum Aviae per agnationem Nepotis  
ex Filio ruptum, adjectâ clausulâ Codicillari  
non sustinetur ad vim Fideicommissi.*

**D**efunctus erat Sempronius relicta conjugè & aliquot liberis. Vidua Caja, ad quam omnium bonorum successio Jure Statutario erat devoluta, testamentum condidit, in quo unum ex filiis Titium instituit hæredem in legitima saltem, in reliquis bonis liberos cæteros. Causa offensionis erga Titium erat, quod uxorem duxisset matri non gratam. Moritur autem viva matre Titius, cujus vidua posthumum est enixa. Decedit tandem testatrix Caja & paulo post posthumus Titii, cujus hæreditatem petens mater, adversarios habuit leviros, qui existimabant posthumum successisse Aviae Jure repræsentationis, proinde ex hæreditate ipsi nihil amplius deberi, quam in testamento fuisset relictum patri. Mater vero posthumi allegabat successisse eum non Jure repræsentationis sed

F

pro-



proprio, testamentum enim Avia esse ruptum. (1) Neque obstare clausulam Codicillarem testamento adjectam, ita, ut valeret tanquam Fideicommissum salva Trebellianica. Rupto enim testamento clausulam talem esse absque effectu. (2) Porro non efficere doctrinam quorundam Ictorum, qui testamentum per agnationem posthumi non rumpi tradunt, si sciverit testator posthumum esse natum, & in eadem voluntate permanserit. (3) Hanc enim sententiam non solum à plurimis esse repudiatam, sed etiam ad præsentem casum non quadrare, cum causa animi erga filium alienati expressa in testamento, ad posthumum extendi non posset absque injuria. Rationes matris potiores esse in deliberatione Domini existimarunt.

(1) *L. 1. Cod. de posthum. hered. instituend. Anton. Faber lib. 6. Cod. tit. 17. definit. 4. num. 5.*

(2) *Gail. lib. 2. observat. 114.*

(3) *Vid. Struv. ad tit. ff. de injusto rupto & irrito facto testam. §. 37. & ibi Müller. Lauterbach. Colleg. Pract. dict. tit. §. 10. Colleg. Jur. Argentorat. thes. 5.*

## OBSERVATIO XII.

*Actio negatoria servitutis ususfructus in pactis dotalibus constituti stabilita vi clausula salutaris libelli.*

**P**Etierat Sempronia ex Interdicto quorum bonorum portionem hæreditatis paternæ cum fructibus à vidua fratris Mevii, cui ususfructus bonorum mariti pactis



paſtis dotalibus & diſpoſitione mortis cauſa erat conſtitutus, quem uſumfructum viduæ deberi Actor negabat. Actionem ex interdicto huic petito non convenire exiſtimatum fuit, quia eſt poſſeſſionis adipiſcendæ contra poſſeſſorem inſtituenda. (1) Sed Sempronia poſſidebat, Vidua rea non poſſidebat; Poſſidebat iſta ex apprehenſione & vi Decreti manutentioniæ & Sententiæ in poſſeſſorio pronunciatae, nec non inveſtituræ feudi ſibi collatae. Conſitebatur etiam rea Semproniam eſſe partis bonorum proprietariam. Proprietarius autem vere poſſidebat, quia jure domini poſſidet. (2) Vidua rea non poſſidebat, quia uſusfructus gratia inſiſtebat bonis, neque de proprietate contendebat, proinde non poterat haberi pro tali, quæ poſſideret pro hærede vel pro poſſeſſore. Animum enim ſibi habendi non gerebat. (3) Uſusfructus non erat titulus univerſalis Jure Juliaceſi, quod à Jure Communi eo in articulo non recedit. Petitioni hæreditatis eadem obſtabant rationes. Actioni negatoriæ videbatur obſtare, quod eo ipſo Actor ſuam poſſeſſionem affirmaret. (4) Cum tamen libello addita eſſet clauſula ſalutaris, Judicis erat officium diſcernere indolem actionis, atque eligere remedium, quod rei naturæ & circumſtantiis conveniret, id quod in Camera ſæpe factum obſervarunt veteres & libellum qualicumque modo, ſi conſtet petatum & cauſa petendi, ſuſtineri. (5) Miſſis itaque diſputationibus Advocatorum de actionis genere & libelli vitiis, actionem negatoriam



toriam circumstantiis convenire existimatum fuit, & juxta hujus indolem de meritis esse judicandum.

- (1) *L. 1. ff. quorum bonorum. §. 3. Institut. de Interdict. Frider. Mindan. tit. 6. num. 53. seqq.*
- (2) *L. 5. §. 1. ff. ad exhibend. l. 15. §. 1. ff. qui satisfacere cogantur. l. 18. Cod. de donation.*
- (3) *L. 10. §. fin. ff. de acquir. rer. domin. l. 6. §. 1. ff. de precario. l. 1. §. 8. ff. quod legatorum. l. 13. §. 1. & 12. ff. de petition. hereditat.*
- (4) *§. 2. Institut. de action. vers. quod genus actionis.*
- (5) *Cap. 37. de Regul. Jur. in 6to. l. 66. ff. de Judiciis. l. 21. ff. de reb. cred. Gail. lib. 1. observat. 66. num. 10. & observat. 42. n. 1. Mev. part. 4. decis. 274. num. 10.*

### OBSERVATIO XIII.

*Singularia quædam de natura Feudorum in Ducatu Juliacensi & Montensi. In Archiepiscopatu Coloniensi. In Episcopatu Monasteriensi.*

**F**eudorum Jura à voluntate constituentis & accipientis dependent potissimum: Hinc non mirum, varias esse natas in Germania Feudorum species & improprietates. Hæreditaria feuda alia habent rationem allodii, alia tantum ratione modi succedendi, scil. civilis, ita dicuntur. (I) Varia exempla diversitatis feudorum, quæ in Camerali Judicio occurrunt, colligere, labor foret utilis, & doctrinam feudorum illustraturus, sed ob alias occupationes difficilis. Hic proponere ea est animus, quæ recentior memoria suppeditat. *In Juliacensi & Montensi Ducatibus* successio in feudis est regulariter feu-



feudalis non civilis. (2) Dantur tamen exempla Feudorum Juliensium ubi in contractu feudali Vasallo libera est relicta dispositio. Quo casu haud dubie improprietas nascitur maxima. (3) Uxori usumfructum feudi relinquere licet per *Ordinat. Juliens. cap. 94.* qui tamen sine voluntate mariti, vi Statuti non debetur, (4) nisi feudum sit mere hæreditarium. Cæterum alia testamentaria dispositio omnis prohibita est in bonis immobilibus tam feudis quam allodiis, exceptis tantum iis, quæ à Testatore sunt acquisita. (5) Alienatio tamen inter vivos permittitur cum consensu solius domini. (6) Fœminæ quæ renunciaverunt Successioni, extinctis masculis regressum habent ad bona. (7) Ex quibus omnibus improprietas Feudorum Juliensium & Montensium cognosci potest.

In *Coloniensi Archiepiscopatu* licita est dispositio per pacta dotalia. Ad alienationem solius Domini consensus sufficit. Ususfructus feudi totius debetur viduæ. (8) De usufructu viduarum in feudis celebratur consilium Hieron. Schurfii *centur. 3. consil. 68.* ubi *num. 6.* ait: licere successoribus reducere usumfructum ad modum dotis. Sed ille tantum de Marchica Brandenburgica & vicinis provinciis loquitur, neque etiam opinionem suam ullo testimonio confirmavit.

De successione filiarum in feudis *Coloniensibus* alibi pluribus dictum fuit.

In *Monasteriensi Episcopatu* variæ sunt Feudales



Curia, quarum unaquæque propriis utitur moribus. Princeps Curia est Episcopalis, & extat Privilegium patriæ ab Episcopo Johanne Anno 1570. 6. April. datum, *cujus summam quoad feuda addimus.* (9)

- (1) *Struv. Jur. Feud. cap. 4. aphorism. 12. 13.*
- (2) *Ordinat. Feud. Juliacens. cap. 3. §. 1. & cap. 4. §. Und ist nicht nöthig ic. Voetz. de Jure Devolution. cap. 4. num. 2. & Observat. ad Ordinat. Juliacens. cap. 7. num. 7. 8. 15.*
- (3) *Struv. cap. 4. aphorism. 13. num. 2. & ibi Lyncker. in Anal. confer. Gail. lib. 2. observat. 154.*
- (4) *Voetz. observat. 6. num. 21. 35.*
- (5) *Ordinat. Juliacens. cap. 69.*
- (6) *Diß. Ordinat. cap. 1. & 6. Voetz. observat. 8.*
- (7) *Ordinat. Juliacens. cap. 94.*
- (8) *Statut. Colon. tit. 8. 11. 3. Transact. Elector. Colon. cum Stat. Provinc. de 28. Junii 1659.*
- (9) 1. Die alte und neue/klein oder grosse Lehen welche im Stifft Münster gelegen/ sollen auf des verstorbenen Lehn: Manns ächte rechte Söhne und ihre Erben absteigender Linie ohne Mittel fallen und vererben; So aber
  2. Keine Söhne noch deren Erben vorhanden wären/ sollen die Lehn: Güther fallen und vererben auf die ächte rechte Töchter und ihre Erben absteigender Linie.
  3. Da aber ein Lehn: Mann keine rechte Kinder/ noch deren Erben absteigender Linie nach sich verliese/ so sollen die Lehn: Güther fallen oder vererben auf seine nächste Erben und Bluts: Verwandten/ doch mit der Bescheidenheit/ daß die Brüder für den Schwestern/ und so fort an die Manns: Personen desselben Geschlechts für denen Weibsbildern/ so in gleichem Grad stehen möchten/ zu denen Lehn: Güthern gestattet und vorgezogen werden.
  4. Da einige von vorherührten Lehn: Güthern durch Absterben einem zeitlichen Bischoffen erledigten und heimfielen/ die sollen



sollen jetztgemeldter massen auch fallen und vererben/ doch mit der Bescheidenheit/ daß ein zeitlicher Bischoff in vorbestimmten Fällen innerhalb Jahres und 6. Wochen nach Tod des verstorbenen Lehn- Manns mit Anbietung des gebührlichen Heergewei-des und Eyds um Belehnung ge-bührender Weise ange-sucht und gebetten werden solle.

5. Im Fall aber solches nicht geschehe/ sollen solche Lehn- Güt-ter dem zeitlichen Bischoff erledigt und heimgefallen seyn/ welcher doch dieselbe mit der That nicht zu sich nehmen/ sondern von dessen Männern vom Lehn mit Urthel und Recht sich erst zuerkennen/ so dann/ nicht aber ehender an-tastan und an sich bringen soll.

6. Mag ein zeitlicher Bischoff solch ihm zuerkanntes Lehn über ein Jahr und 6. Wochen in seinem Besitz nicht behal-ten / sondern ist schuldig einen Unterthanen Stifts Mün-ster / so darzu bequem / nach Uingang des Jahrs und 6. Wochen damit wieder zu belehnen.

7. Darunter sollen aber die Lehn/ so aussershalb Stifts geles-gen/nicht mit verstanden/sondern es damit nach dem Buch-stab gemeinen beschriebenen Rechten gehalten werden.

Datur in alijs Curijs inferioribus Feudalibus Monasteriensibus species aliqua feudorum, quæ vocantur Scultetica Schulden- Lehn/ quæ morte cujuscunque Vasalli ad Dominum redeunt, aliorum alia est indoles, sed de his alio loco pluribus.

## OBSERVATIO XIV.

*Paritoriarum sive Monitoriorum ad paren-  
dum post Sententias definitivam usus. Mandata  
de exequendo quomodo petenda & decernenda.*

**M**andata de exequendo in Camera decernuntur non ut olim post Sententias paritorias aliquoties repetitas, sed unica tantum in causis Mandatorum, tan-  
quam



quam monitorio ad parendum Sententiæ definitivæ, quandoque pro re nata nulla præcedente monitione alia quam executorialibus ipsi Sententiæ annexis. (I) In aliis Judiciis extra Imperium Judex ex officio etiam non imploratus solenniter executionem decernit, si condemnatus Sententiæ in termino præfixo de facta paritione non docuerit. In Imperiali Judicio Camerae, etiamsi monitorio sive paritoria Sententiæ adjiciatur Clausula: **Das ohne weiteres Anruffen das Mandatum de exequendo aus der Langley verabsolgt werden solle;** Ex stylo tamen requiritur Imploratio repetita ad Judicem directa, neque habet clausula effectum alium, quam quod inspecto Protocollo Actorum, Mandatum decernatur per Sententiam. Possunt enim exoriri circa modum exequendi imo in executione ipsa considerations variæ. Provide itaque petendum Mandatum de exequendo, circumspicte etiam decernendum. Pteretur sane inepte, si nondum satis constet de Executionis objecto & modo. Immature etiam decerneretur v. gr. in processu Mandati de administrando Justitiam S. C. si Judex inferior officio suo, ea qua par est promittitudine non satisfaciat. Judici itaque superiori ita implorato alia via ingrediendum, ut scilicet Judicem protractæ vel denegatæ Justitiæ reum faciat, causamque ad se avocet, vel si aliud suadeant circumstantiæ, declaratione in poenam Judicem inferiorem ad faciendum officium compellat. In aliis causis in Camera definiendis



dis providentia Judicis Sententias promulgabit distinctè & clarè, ut sciat pars condemnata, quantum præstare, vel quomodo in singulis articulis Mandati parere debeat. Quo factò facilius erit, Mandatum de exequendo decernere formula generali; nisi enim hoc fuerit observatum, post sententiam novas exortas fuisset meminimus quæstiones, quæ iteratam requisiverint deliberationem & quæstionum decisionem. Proinde etiam ipsa præcepta seu Mandata S. C. bene formanda, neque formulæ conclusionis Libelli semper insistendum.

Alia est cautela de effectu Mandatorum de exequendo, si pars victa sponte offerat obedientiam. Hoc si fiat maturè, executione opus non erit, ubi tamen rursus cavendum, ne in oblatione sola subsistat condemnatus, sed etiam re ipsa judicatum præstet. Republicæ Germanicæ forma non permittit alium modum exequendi, quam qui Legibus est præscriptus, i. e. per Directores Circulares, si exequendus est immediatus, vel si est mediatus, per Dominum territorii. (3) Facilius omnes Executiones peraguntur in territoriis Statuum Imperii. Longè expeditior adhuc est modus apud externos, ubi Executiones peraguntur per unicam personam publicam, cui sub gravi pœna resistere non licet.

(1) *Recess. Imper. 1654. §. 159.* Damit auch die ausgesprochene Urtheil ohnverlångst zur Vollziehung gebracht / und der bisshero in puncto Executionis übliche Proceß nach aller Mög-



Möglichkeit abgekürzt werde : soll jedesmal also gleich in ipsa Sententia definitiva (wie in Processu Mandatorum zu geschehen pfleget) in allen Sachen / da die Execution zu thun übrig und vonnöthen / dem verlustigten Theil / an statt der Executorialium, ein / nach Gelegenheit der Partheyen Entschlossenheit / geraumer Termin zur Parition, und ad docendum de paritione, bey der den Executorialien einverleibten ordinari-Straff / oder nach Ermäßigung des Richters / und sub comminatione realis Executionis, angesetzt werden.

- (2) *Recess. Visitat. noviss. 1713. §. 83.* Als ferners vorkommen / daß in einer Sach so vielfältige Paritori - Urtheil erheilt worden / und gar langsam Declaratio Poenæ, oder Mandatum de exequendo erfolgt / worauff sich dann die Procuratores und ihre Partheyen verlassen / solches aber nicht allein der Röm. Kaiserl. Majestät und gesamter Churfürsten / Fürsten und Ständen des Heil. Röm. Reichs im Jüngern Reichs Abschied außgetruckter Meynung und heilsamer Verordnung schnurstracks zuwider laufft / sondern auch zu Schmälerung dieses höchsten Gerichts Authorität und mercklichem Nachtheil gemeinen Justitz Wesens gereicht : Als wird das Cammer-Gericht hiermit ernstlich erinnert / die Erkennung dergleichen vielfältigen Paritorien zu unterlassen / mithin vorgedachtem Jüngern Reichs Abschied §. 76. §. 159. & seq. allerdings nachzuleben / insonderheit aber in denen Fiscalischen Pœn - Fällen auf Anruffen des Fiscalis Rechtlicher Ordnung nach die gebettene Mandata de exequendo zu erkennen / und demselben schleunige Justitz angeheyden zu lassen.
- (3) *Nisi hic fuerit litis consors, vel principaliter, vel alteri parti assistendo.*

OBSER-



OBSERVATIO XV.

*Electio fori domicilii vel contractus, ubi alterutrum habet locum, actori est libera. Forum contractus quando contra absentem sit fundatum.*

**I**N Judicio alio rei sitæ Titius condemnatus fuit actione hypothecaria ad satisfaciendum obligationi suæ, in alio transactio inita. Prædium hypothecæ subiectum æstimatum, creditorique Mevio addictum, ita ut residuum pretii solveret. Hanc transactionem partes adjectis clausulis renunciationis beneficiorum, generali & specialibus, cum primis læsionis & restitutionis in integrum ob ætatem imperfectam, jurejurando solenniter præstito, servandam promiserunt. Accessit confirmatio Principis judicialis causa cognita. Nihilominus hæredes debitoris Titii in foro, ubi transactio facta, rescriptum petiere ex *l. 2. C. de resc. vendit.* Mevius opposuit exceptionem fori, quia in foro rei sitæ, quod etiam est domicilii creditoris, actio fuisset instituenda, per *l. 2. C. ubi & apud quem rest. in integr.* ubi Brunneinan. & Mev. *part. 6. decis. 72.* Judex pronunciavit se competentem, hinc à Mevio actione nullitatis causa ad Cameram Imperialem deducta fuit; Ubi considerabatur. Fuisse forum Judicis à quo fundatum, non solum ob electionem fori liberam actori, sed etiam propter tenorem confirmationis cum causæ cognitione susceptæ. Licebat enim actionem instituere

G 2

in foro



in foro domicilii, sed non prohibebatur per *dict. l. 2.* in foro contractus, si ibi reperiatur reus, vid. Covarruv. *lib. 2. resolut. 4.* & ibi Faria. Reperiri autem dicitur reus in foro contractus etiam absens, si ob alia bona ejus Jurisdictioni sit subjectus, *Mev. p. 7. d. 48.* Struv. *exerc. 9. thes. 42.* Franzk. *lib. 3. resolut. 11. n. 14.* § 27. quæ transactio haberi poterat pro re judicata, *l. 20. C. de transact.* adeo ut præcipue vendicaret locum doctrina Gailii *lib. 2. obs. 1. n. 8.* Cum igitur Judex pronunciando se competentem nulliter egisse dici non posset, absoluti fuere hæredes Titii ab actione nullitatis, & remissa virtualiter causa ad Judicem à quo, licet dubia essent haud levia, num Judex in principali causa secundum petita actoris esset pronunciaturus.

## OBSERVATIO XVI.

*Exemplum cassatorum Mandatorum binorum: quorum prius non erat reproductum, alterum verò respectivum ad præcedens.*

PETIERAT Comes Imperii natu major contra fratrem juniorem & obtinuerat decreto extrajudiciali Mandatum S. C. de evacuando possessionem terrarum privata licentia occupatam, ac restituendo. Expeditum fuerat hoc Mandatum in Cancellaria, insinuatum etiam debite, sed non reproductum. Nihilominus frater reus comparuerat in Judicio, Exceptiones proposuerat,



fuerat, inter eas fori in Judicio Imperiali Aulico præventi, quam tamen post aliquot menses per Procuratorem revocaverat. Interim actor poenitentia ductus, querelam suam in Aula Imperiali introduxerat, & Rescriptum Cæsareum contra fratrem obtinuerat. Hic igitur in Imperiali Camera petiit, impetravit, & reproduci fecit Mandatum de non distrahendo litem in diversa Tribunalia &c. In hoc actorum fasciculo reus Comes senior juniore paria retulit, opponendo exceptionem litis in Judicio Aulico præventæ. Et jam videbatur res vergere ad conflictum Jurisdictionis Supremorum Imperii Tribunalium. Sed causa cognita cassandum putarunt Domini utrumque Mandatum in Camera decretum; Primum enim non erat reproductum, & absque reproductione non est Processus. Neque Jurisdictio Cameræ continuative fundata, ita ut absque reproductione nullus omninò processus pro efficaci habeatur, vid. *Commentat. Systemat. ad Jus Camerale sect. 2. §. 1. num. 25. pag. 241.* Fuerat autem in actoris primi arbitrio, an reproduci voluerit processus nec ne, argumento *Concept. Ordinat. Cam. part. 3. tit. 11. §. 12.* Secundum verò Mandatum priori erat superstructum. Hinc necessario cum priori cassandum. Accedebant variæ circumstantiæ, ex quibus de inconstantia Comitum junioris, jam agnoscendo Forum Imperiale Aulicum, jam ad Cameram provocando, constabat. Ita conclus. in causa fratrum Com. de R. A. 1716.



## OBSERVATIO XVII.

*Statutum in verbis dispositivis deficiens suppleri debet atque explicari juxta Jus commune, speciatim in casu successionis conjugum, & Statuto Civitatis Wormatiensis.*

**J**uxta Statutum Civitatis Imperialis Wormatiensis, cujus vi superstiti conjugii debebatur successio in bonis durante matrimonio quæsitis, vulgo *der Errungenschafft*. Pronunciaverat Magistratus pro superstiti uxore, prætereundo matrem defuncti absque liberis mariti. Appellaverat mater ad Cameram Imperialem immediate, unde per Sententiam primam jussa fuit satisfacere Pactis Civitatis cum Domino Episcopo, vulgo *der Rachtung*. Deinde in causa principali considerabatur, quod Statutum non exprimeret quidem casum superstitis parentis, supplendum tamen esse ex Jure communi per ea quæ apposite ad hunc casum tradit Heferus *de acquæstu conjugali p. 2. loc. 17. n. 241. cum allegatis ibidem*: Frustra autem allegabatur ab appellante Statutum hoc in articulo ad usum non venisse sibi que hæreditatem filii deberi ab intestato. Nam qui allegabat legem expressam, ad probandum ejus usum non erat obligatus, sed adversarium oportebat probasse usum contrarium, Sententiarum tenor erat sequens:

*Expe-*



Expedit. 5. Decembr. 1715.

**I**n Sachen Elisabethen Colashin / wider Wenland Jo-  
hann Bosens nachgelassene Wittib/ Appellationis & In-  
terventionis des Fürstl. Hof- & Gerichts zu Worms/ ist er-  
kannt/ daß diese Sache an dieses Kayserl. Cammer- & Ge-  
richt noch zur Zeit nicht angenommen/ sondern daß Appel-  
latin zuvorderst der Wormsischen Rachtung S. 28. mit spe-  
cialer Appellation an den Herrn Bischöffen ein Genügen  
thun/ und der Remission an dieses Kayserl. Cammer- & Ge-  
richt auf gebührendes Bitten gewärtig seyn sollen/ zu dem  
Ende auch ihr bey hiesigem Kayserl. Cammer- & Gericht  
pro restitutione in integrum contra lapsum fatalis, so viel nö-  
thig brevi manu, und ferner deren Prorogation anzusuchen  
unbenommen sondern vorbehalten bleibet.

Expedit. 24. Januar. 1725.

**I**n Sachen n. n. (*repetatur rubric. præced.*) ist erkannt/  
daß durch Richtern voriger Instanz respectivè wohl und  
übel geurtheilt/ wohl und übel appellirt/ dahero solche Ur-  
thel respectivè zu confirmiren und reformiren sey/ derges-  
talt/ daß Appellatin von angestellter Klage/ mit Vorbe-  
halt der Appellantin Legitimæ aus ihres Sohns hinterlasse-  
nen Vermögen und Erwerb von angestellter Klage zu ab-  
solviren/ und Appellatin solche Legitimam auszuantworten  
schuldig/ und dazu zu condemniren und verdammen: Als  
wir solcher gestalt berührte Urthel confirmiren und reformi-  
ren/ Appellatin absolviren und respectivè verdammen/ die  
Gerichts- & Kosten derentwegen aufgeloffen compensirend  
und vergleichend.

OBSER-



## OBSERVATIO XVIII.

*In actione servitutis negatoria, qui in possessione intentionem fundat, oneri probandi se subicit.*

**A**ctor in libertate naturali ab onere servitutis sese fundans, *Mandatum de non turbando*, h. e. remedium retinendæ possessionis obtinuerat; Hoc ipso verò cum qualitatem possessionis suæ assereret, onus probandi in se suscepisse existimabatur. Libertatis enim naturalis nulla est possessio, (1) sed in Jure domini fundatur. (2) Proinde actioni negatoriæ simpliciter ita dictæ remedium retinendæ possessionis non convenire existimatum fuit. (3) Cum itaque probationes hinc inde adhuc essent ambiguæ, officii Judicis erat ultiores admittere, (4) easque ei injungere, qui in domini Jure privativè quæsitæ & qualitate possessionis sese fundabat.

(1) Carpzov. *part. 1. respons. 67. & seqq.*

(2) Lyncker. *decis. 792.*

(3) Schilter. *Exercitat. 18. §. 41.*

(4) Schilter. *Exercitat. 18. §. 42.*

## OBSERVATIO XIX.

*Probationis modi per Transactionem coarctari possunt.*

**V**ulgare est brocardicum, probationes non esse coarctandas, sed tanquam rem favorabilem juvandas



das potius & ampliandas. (1) Quodsi transactione facta, reservetur probatio ex novis instrumentis, conditio qualificanda erit specificè ab eo, qui petit. (2) Non itaque coarctatur probatio per expressam in conventionem transactionis formam probationis reservatæ specificam, sed cæteris omnibus transigendo renunciatum fuisse censetur. Quemadmodum enim provisione legum probatio ad certam formam adstringi potest, ita & conventionem hominum id fieri, non est injustum. (3) Et quando dispositio legis vel hominis probationem posuit in conditione. (4) Si quædam materia potest vel vere vel præsumtive probari, censetur fuisse conventum de probatione vera, non de præsumtiva. Et si probatio requiritur cum verbis qualificatis, semper intelligitur plena vel vera. (5) Tantus est, inquam, transactionis favor, ut excepto casu erroris manifesti aut doli (6) nullum admittant Jura remedium ad infringendam transactionis sanctimoniam. (7) Ita decisum in causa L. contra Z.

- (1) Argum. l. 12. C. de reb. cred. Mev. part. 2. dec. 284. n. 2. junge part. 1. dec. 50. num. 3.
- (2) L. qui hæredi. 44. & L. Mevius. 55. ff. de condit. & demonstrat. Felin. ad tit. de probat. §. sed advert. Trentacinq. lib. 2. resol. 3. de probat. num. 6. Cephalus consil. 631. num. 25. seqq. Urceol. de Transact. quæst. 93. num. 27.
- (3) Surd. cons. 54. n. 13. Coccej. in cons. posthum. 102. n. 320. seqq.
- (4) Sunt verba Felini dict. loc. num. 3. seqq.
- (5) Faciunt huc verba Mevii in consil. 35. num. 56. Quoties probandi modus pacto privatorum recipitur, ex eo, quod apparet,



ret, est judicandum, licet conventionem istam coangustetur modus probandi, allegat Decianum, Socinum, Salicetum & alios. Adde Ictum præclarum antecessorem Cameralis Collegii, Meichner. tom. 3. decis. 14. ubi agit de probanda consuetudine post rationes dubitandi *vers. secundo præmitto. pag. m. 292.* dum ait: Probationes per indicia & conjecturas non sufficere in materia, ubi Lex & Statutum (*Pactum, Conventio, Transactio sunt etiam Statuta privatorum, valet enim argumentum à lege ad pactum, Surd. consil. 54. num. 13. Everhard. loc. 59.*) requirit probationem plenam, etiam in antiquis, ex Socino Seniore *cons. 194.* jungo Meichnero Mynfinger. *decad. 1. resp. 61. num. 4.* ibi: cum aliquid sub certa conditione constituitur, necesse est, ut conditio ad unguem & in individuo fortiatur effectum.

- (6) *L. 65. ff. de condit. indeb. vide Lyncker. Commentar. ad Pandect. de transact. §. 22. seqq.*  
 (7) Adde eund. Lyncker. *lib. 1. resp. 190. num. 22. & resp. 51. n. 1. Gail. lib. 2. observat. 70. num. 8.*

## OBSERVATIO XX.

*Urbis Imperialis Isnensis immedietatis origo:  
 & exemptio à Judicio Provinciali Suevia.*

**U**Rbs Imperialis *Isena* vel *Isna* *Wßni* in Sueviæ Circulo, olim Comitibus *Veringensibus* (1.) postea *Truchsessis de Waldpurg* (2.) subiecta (3.) Caroli IV. Imperatoris tempore in ordinem Civitatum liberarum Imperii pervenit (4.) impetrato Privilegio Anno 1365. die Inventionis Sanctæ Crucis dato. In quo etiam concessa est exemptio à foro primæ Instantiæ *des Hof und Landgerichts*. Privilegium hoc repetitum fuit & exten-



extensum ab Imperatore Maximiliano I. Noribergæ Anno 1501. 3. April. Totum ejus tenorem, quia in Catalogis hucusque editis non legitur, hic subjungere placuit. (5.) De cujus tamen insinuatione, an Cameraæ Imperiali fuerit unquam debite facta, in designationibus nihil invenitur. Productum fuit in Actis Anno 1727. (6.)

- (1) De hac Familia vide Frid. Luca Grafen v. Saal pag. 692. seqq. qua extincta successere in Comitatu Comites in *Hoheuzollern*, sed hodie partem terrarum possidet Archiducalis Familix Austriacæ. Utuntur tamen Zollerani titulo Comitum in *Vebringen*.
  - (2) Gens *Truchsessorum de Waldpurg* describitur à Frid. Luca *di-cto libro pag. 1113. seqq.* Imhof. *Notit. Proc. Imp. lib. 7. cap. 18.*
  - (3) Fuere *Veringenses*, postea *Truchsessii* Comites, Advocati Urbis Imperatoris nomine, *Kaiserliche Bode*. Hæc Advocatia hæreditaria à subjectione non multum absuit, id, quod in aliis etiam Urbibus factum.
  - (4) Ita narrat rem *Crusius Annal. Suev. part. 2. lib. 5. cap. 15.* ex quo hauserunt alii: Pertinuit Isna quondam ad Comites *Veringenses* propter benedictum ibi Monasterium ab eis conditum. Eorum stirpe arefacta pervenit Isna ad *Dapiferos de Waldpurg*, ut stipendia solvere posset, pecuniam à propinquo quodam suo Johanne mutuam petiit. Quem cum uxor impediret, ne daret, sumisit à civibus suis Isnensibus Otto VIII. millia librarum obolarium mutuo, ea conditione, ut si à bello reversus, eam summam redderet, liberi à suo dominio non essent; Sin autem non reverteretur, aut pecunia illis ad diem non solveretur, libertate gauderent. Periit ipse in prælio sine filio relicto. Isnenses igitur Imperio se subjecerunt, ut adhuc sunt.
- Heiderus in *Deduct. Lindav. pag. 78.* postquam ex *Lehmanni Chron. Spir. lib. 2. cap. 39.* & *Goldast. de Regno Bohemix lib. 2. cap. 11.* de antiquissimo more Regum Germaniæ exigendi annuas



nuas ab Ordinibus Imperii collectas differuisset, cujus rei vestigia remansissent in annuis Civitatum Imperialium collectis, pergit: Es sey keine Reichs-Stadt anzutreffen / welche nicht vor Alters eine gewisse Jährliche Reichs-Steuer einem Römischen Kayser erlegt hätte / und noch / sie habe sich dann deren entlediget / erlegen thue. Et inter alia exempla hic. WWW. subnexa refert: Item die Bürger zu Ysni / als sie sich von denen Herren Erb-Truchsessern zu Waldpurg als Inhabern der Herrschafft Trauchburg / ledig gemacht / und an das Reich ergeben: Sind vom Kayser Carl dem Vierten dergestalt zu einer Reichs-Stadt aufgenommen und erhöht worden / das sie Kayserlicher Majestät und deren Nachkommen am Reich Jährlich 100. Pfund Heller auf St. Martins-Tag richten gelten / und bezahlen sollen; Laut des hierüber Teutsch und Lateinisch verfertigten Diplomat: So geben ist Anno 1365. an des Heiligen Creuzes Erfindungs-Tag.

(5) *Extractus Privilegii Caroli IV. Imperatoris.*

**W**ir Carl von Gottes Gnaden / Römischer Kayser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / und König zu Böhmen / bekennen öffentlich an diesem Briefe / und thuen kunt allen den / die ihn sehen oder hörend lesen &c. &c.

Auch thuen Wir ihn die Genade / und Freiheiten / das niemande wer der sey / sie alle oder ihr keinen / noch keine ihr Güete / laden / beklagen / noch bekümmern soll / auf kein Hof- / Gericht / Land- / Gericht / noch für kein ander Gericht noch Richter / denn allein für ihr Gericht / und ihren Anman zu Ysni &c.

Wer aber dawider fräventlich thete / der soll verfallen seyn / Fünffzig Mark Lötiges Goldes / die halb in Unser Cammer / und halb der ehegenanten Stadt zu Ysni / gar und gänzlich gefallen sollen. Mit Urkhund dis Briefes verfiglet / mit Unser Kayserl. Majestät Insigel / der geben ist

zu



zu Bern in Veht, Lande / nach Christus Geburth Drey-  
zehen Hundert Jahr / darnach in dem Fünff und Sechs-  
zigsten Jahre / an des Heil. Creutz Tage / als es erfunden  
warde / Unser Reich in dem Neunzehenden / und des Kai-  
serthumbs in dem Fiffsten Jahr.

*Copia Privilegii Imperatoris Maximiliani I.*

**W**ir Maximilian von Gottes Gnaden / Römischer Kö-  
nig / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / zu Hungarn/  
Dalmatien / Croatiaen etc. König / Erz- Herzog zu Oester-  
reich / Herzog zu Burgundien / zu Loterick / zu Brabant /  
zu Steyr / zu Kerndten / zu Crain / zu Limburg / zu Lüs-  
tenburg / und zu Geldern / Landgrave in Elßas / Fürst zu  
Schwaben / Pfaltzgrave zu Habsburg und zu Hennegau /  
Befürster Grave zu Burgundi / zu Flandern / zu Tyrol /  
zu Görz / zu Arthois / zu Holland / zu Seeland / zu Psürt /  
zu Rübürg / zu Namur und zu Zutphen / Marggrav des  
Heyl. Römischen Reichs / der Emß und zu Burgau / Herr  
zu Friesland / auf der Windischen March / zu Meckeln /  
zu Portenau und zu Salins etc. Bekennen öffentlich mit  
diesem Brieff / und thun kundt allermenniglich / daß Uns  
Unser und des Reichs Lieben Getreuen / Burgermeister  
und Rath der Stadt Nsmi / durch ihr Ehrbar Pottschaft  
haben fürbringen lassen / wiewol sie und die berürt Stadt  
Nsmi / ohn Mittel under Uns und das Hailig Reiche gehö-  
ren / und deshalb mit ordentlichen Gerichten und andern  
Freiheiten / Privilegien und alten Herkommen begnadet  
und fürsesehen seyen / und sich solchen ihren Freiheiten nach  
gebürlich und wie ihnen wohl geziemt gehalten / auch einem  
jeden / der zu ihnen von gemeiner Stadt wegen oder son-  
dern Persohnen / den ihren Spruch oder Anforderung zu  
haben vermeinet / einlendisch gebührlichs Rechts nie wider  
gewesen / und noch nicht seyen / weren doch sie und die iren  
dawider mit andern ausländischen Gerichten unbillichen

H 3

für



fürgenommen / beschweret / und deshalb in Costen und Schäden zu bringen understanden/ daß ihnen zu mercklicher Mühe / Arbeit und Nachtheil reiche / und Uns darauf des mütigelichen angeruffen und gepeten / sie und die iren hierinne gnediglich zu fürsehen / desß haben Wir angesehen / solich demüthig ziemliche Pite/ auch die getreuen annehmlich und nütlichen Dienste / so der genannten von Yhni Vorföhren und sie Unsern Vorföhren / Uns und dem Hailigen Reiche oft willigelichen gethan haben / und sie Uns und dem Hailigen Reiche hinsüro wol thun sollen und mügen.

Und darumb mit wohlbedachtem Muthe / guetem Rathe Unser und des Hailigen Reichs Churfürsten/ Fürsten/ Graven/ Edlen und Getreuen / und rechter Wissen / den genannten Bürgermeister / Rathe und Bürgern zu Yhni und ihren Nachkommen / diese besondere Gnad und Freyheit gethonen und gegeben/ thun und geben ihnen die auch von Römischer Königlicher Macht/ Vollkommenheit / wissentlich / in Crafft dis Briefs / also / daß nun fürhin jemand / wer der oder die / oder in was Bürden/ Staates oder Weesens die seyn/ die vorgenanten Bürgermeister und Rathe und Bürgern zu Yhni / gemeinlich noch sonderlich / noch ihre oder ihr jegliches Leib / Haab oder Güter / oder die Ihren / in der ersten Instanz weder für Uns oder Unsere Nachkommen / oder für des Reichs Hof / Gericht zu Rothweil / noch einig Land / Gericht / Westphalisch / Gericht / oder andere frembd Gericht / nit fürgeheischen / geladen / daselbs beklagt / noch jehts wider sie gericht / geacht / geurtheilt / noch procedirt werden solle / noch einige / in Rhein Weise / sonder wer zu gemeiner Stadt Yhni zu clagen oder zu sprechen het / oder gewunne / wer der oder die / oder umb was Sachen das were / daß der oder dieselben das Recht darumb gegen ihnen suchen und nemmen / und sich des begnügen lassen sollen / vor Unserem und des Reichs Stadt / Gericht daselbst zu Yhni / oder vor Bürgermeister und Räten Unseren und  
des



des Hailigen Reichs Stette/ Memmingen/ Lindau/ Ravenspurg oder Rempten/ vor welchen das den obgemeldten Bürgermeister und Rathe zu Nñni allerfüglich ist und gelegentsten seyn will / das sie auch alsdann einem jeden auf sein gebürlich ansuchen/ an derselben Ende einem zu seyn / anzeigen und benennen/ und statt thuen/ und nit vor seyn sollen.

Wer aber zu einigen Burger oder Einwohner der Stadt Nñni / Frauen oder Mann / ingemein oder sonderheit zu clagen oder zu sprechen hete / oder gewunne/ wer der oder umb welcherley Sachen das were / das dieselben Cläger das Recht darum gegen ihnen ohn Mittel vor einem Rathe oder dem vorgemelten Unseren und des Reichs Stadt Gerichte daselbs zu Nñni suchen und nemmen/ und sonst nindert anders wo / es were dann / das den Clägern auf ihr Ansuchen das Recht versagt / oder gewärllich verzogen/ das kuntlich gemacht wurde / alsdann mügen der oder dieselben das Recht suchen und nemmen vor Uns und Unsern Nachkommen am Reiche / oder an den Enden und Gerichten / da ihnen das gebühret.

Geben auch den obgemelten Unsern und des Reichs Städten/ Memmingen/ Lindau/ Ravenspurg und Rempten / sammentlich und sonderlich hiemit Macht und Gewalt / mit diesem Brief / ernstlich gebietend / solch obberührt Clagen und Sachen / von Unsern und Unseren Nachkommen wegen im Recht / wie sich gebihret / zu verhören / und mit ihrem Rechtlichen Spruch zu entschaiden / were auch das einiger Kundschaft oder Gezeugnuß in denselbigen Sachen zu verhören begert und nothdürfftig seyn würde / die auch Rechtlichen zu verhören / und die Persohnen/ so hierinne zu Gezeugen benant / und sich ihrer Kuntschaft oder Gezeugnus zue geben oder zue sagen/ sperren oder widern würden/ in was Schein das beschehe / bey billichen und zimblichen Pönen des Rechten / darzu zu zwingen und zu halten/ das mit sie denen Rechten und der Warheit zu Hilff ihren geschwornen Kuntschaft oder Gezeugnus geben und sagen / als



als recht ist / ob auch einig Theil / auf solch ihr Fürhaischen vor ihnen alsdann rechtlich nit erschiene / das sie nichts desto minder auf des andern gehorsamen Theils / oder seines Anwaldts Anruffen und Erborderung im Rechten vollfaren und procediren / auch sonst alles das hierinne an Unser und Unser Nachkommen am Reich statt und in Unsern Nahmen / handeln / thun und lassen sollen und mügen / das in einer jeden Sachen gebihret und die Nothdurfft erbordert. Wo aber die gemeldte Bürgermeister und Rath zu Isni oder ir Bürger und Inwohner ingemeinen oder sonderheit / hier über in der ersten Instanz für Unser oder Unser Nachkommen / oder für des Reichs Hof Gericht zue Rothweil / oder ainig Land Gericht oder andere frembde Gericht fürgenommen / gehaischen und geladen werden / das dann dieselben Bürgermeister und Rath zue Isni Macht haben / sich selbst / oder dieselben ihre Mitbürger / oder Einwohner / von solchen Fürhaischungen / durch ihr offen besigelt Brief abzufodern / und an obangezeigt Ende zu weisen begehren / und so alsdann sie oder die ihren also nit gewiesen / sonder darüber von Uns oder Unseren Nachkommen / oder des Reichs Hof Gericht zu Rothweil / oder einig Land Gericht Westphälischen Gerichten / oder anderen frembden Gerichten / in der ersten Instanz wider sie / oder ir Mitbürger oder Einwohner / oder ir Haab oder Güter / samentlich oder sonderlich / gericht / geacht / geurtheilet oder procedirt wurde / in was Schein das beschehe / wöllen wir / das dasselbe alles und jedes ganz crafftlos / zu nicht und untüglich seyn / und denselben von Isni und iren Nachkommen an diesen Unsern Königlich Freyheiten / noch auch den fürgeladenen Persohnen an iren Ehren / Leiben / Haaben / und Gütern / ganz keinen Nachthayl oder Schaden bringen solle noch müge / in kein Weise / das Wir auch alles und jedes besonder / jecht als dann und dann als jecho / genzlich aufheben / abthuen und vernichten von Römischer Königlich Macht Vollkommenheit wüßentlich in Crafft dis Briefs /  
 doch



doch Uns und dem Heiligen Reich an Unser Oberkeit un-  
vergriffenlich und unshedlich.

Und gebieten darauff allen und jeglichen Churfürsten / Für-  
sten / Geistlichen und Weltlichen / Grafen / Freyen / Herren /  
Rittern / Knechten / Hauptleuthen / Bisthumben / Vögten /  
Pflegeren / Verwesern / Amptleuthen / Schultheissen / Bur-  
germeistern / auch Unseren und des Heiligen Reichs Hof-  
Richtern / Frey Grafen / Richtern / Schöpffen / Rärhen /  
Urtheilsprechern / Burgern / Gemeinden / und sonst allen an-  
dern Unsern und des Reichs Unterthanen und Getreuen /  
in was Würden / Staates oder Wesens die seyn / ernstlich  
und vestiglich mit diesem Brief / und wollen / daß sie die ob-  
gemelten Burgermeister / Rathe / Burger / Einwohner und  
Underlassen der Stadt Nurn / und ihr Nachkommen / an  
diesen Unsern Gnaden und Freyheiten nicht hindern noch  
irren / sondern sie der / als obsteht / geruelich gebrauchen / und  
geniesen lassen / und sie gemeinlich noch sonderlich dartzwider  
nit fürnehmen / antringen / bekümmern noch beschwären /  
oder jemand anders zu thun gestatten / in kein Weise / als  
lieb einem jeglichen sey Unser und des Reichs schwäre Un-  
gnad und Straffe / und darzu ein Pöene / nemlich Fünffzig  
Marck Pöthigs Golds zu vermeiden / die ein jeder / so oft er  
freventlich hierwider thäte / Uns halb in Unser und des  
Reichs Cammer / und den andern halben Theil den ehege-  
melten Burgermeister und Rath zu Nurn und ihren Nach-  
kommen / ohnablässlich zu bezahlen / verfallen seyn soll. Mit  
Urkundt dis Briefs besigelt mit Unserm Königlichem an-  
hängenden Insigel / geben zu Nürnberg / am dritten Tag  
des Monats Aprilis, nach Christi Geburt / Fünffzehenden  
Hundert und im Ersten / Unser Reich des Römischen im  
Sechzehenden / und des Hungarischen im Allften Jahren.

*Ad Mandatum Domini Regis proprium.*

Bertoldus, Archi-Episcopus Mogun-  
tinenfis, Archi-Cancellarius. S. S.

I

(6) Pri-



- (6) Privilegia enim nisi *Judicio Camerali* rite fuerint insinuata, hic ignorantur, licet in actis allegentur. Catalogi à me editi olim, juxta designationes insinuationum factarum sunt ordinati.

## OBSERVATIO XXI.

*Processus Nunciationis novi operis in Camera modus, exempla, termini, cautela.*

**C**Ausarum operis novi nunciationis non esse hodie multas dictum est in *Comment. Systemat. pag. 136. §. 6.* neque enim ejusmodi casus, qualem tractatum fuisse in Camera Anno 1589. monumenta antiqua docent, (1) hodierna tempestate, per viam *Processus Judicarii* tractari solent. Non dico quod id fieri nequeat, *Judicis* enim officium implorantibus decesse non debet (2) sed quod hodie plerumque alia via istiusmodi causæ terminentur. Possunt tamen existere casus, & contigisse novimus, *Nunciationum* inter immedios atque desuper impetratorum Mandatorum juxta *Concept. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 25. §. 14.* Duplicem in istiusmodi causis processum observare licet. *Nunciationis & Probationis* Juris prohibendi, intra trimestre spatium faciendæ. (3) In utroque Actor est, qui nunciavit, unde differt à *Processu Citationis* in *Pignorationibus*, quia in hoc Actor fit, qui in causa Mandati erat Reus. Uno tamen processu, non separatis actionibus, neque diverso in foro tractandæ sunt causæ *Nunciationis & Probationis*. (4) Et totalis sua natura celerem requirit decisionem. (5)

Flo-



*Florentini* Nobilis immediati subditus, Domini sui vel jussu, vel instinctu, domum rusticam altius ædificare instituerat contra formam antiquam, ita ut opere perfecto non posset non obscurari lumen ædium vicinarum *Juliani* Nobilis, cui cum *Florentino* pagus erat communis, subditi vero divisi. Igitur *Julianus* novi operis nunciatione privata, per Notarium facta, consultum sibi fore putavit. (6) Cum vero alter spreta nunciatione privata, in opere pergeret, *Julianus* in Camera Imperiali petiit & impetravit Mandatum inhibitorium & demolitorium. (7) Fundata erat Jurisdictio non solum ex continentia actionis contra ædificantem subditum & ipsius Dominum *Florentinum*, sed inprimis etiam ex facto Jure illicito, quod excluderet Privilegium primæ Instantiæ, si vel maxime inter *Florentinum* & *Julianum* solos fuisset controversia. (8)

Quod si post insinuationem Mandati consilium parendi coeperit pars rea, & præcepto satisfecerit, (tales vero rei sunt Phœnice rariores) quiescet officium Judicis, donec agatur de probationibus. Fatale trium mensium si neglexerit actor, non adeo iners erit partis reæ Advocatus, ut nesciat accusare contumaciam actoris, petatque Mandatum tolli. Neque tali casu opus erit satisfactione, neque etiam Mandato contrario de non amplius impediendo, de quo agit Lauterbach. *ad tit. ff. de Nov. Oper. Nunciat. §. 32.* Tale enim Mandatum supponit nunciationem privatam, ubi res ad



Judicem nondum est deducta. Productis vero probationibus justo tempore, rei partes erunt, ut ad cautionem sit paratus. De qua Judex cognoscet (9)

- (1) Apud Klock. *in Relat. Camer.* 40. adde *Relat.* 109.
- (2) Vid. Lyncker. *de Gravam. extrajud. cap. 9. part. 2. §. 41.* De Appellatione à nunciatione interposita, *ibid. cap. 3. §. 6. p. 71.*
- (3) *L. unic. Cod. de Nov. Oper. Nunciat.* Nunciamus, ait Ulpianus *l. 1. §. 17. ff. h. tit.* quia Jus aliquod prohibendi habemus.
- (4) Initium processus esse solet à Mandato sine clausula, cum Citatione solita, cui adjungi Citationem ad videndum deduci Jus prohibendi, nondum observavimus. Rarissime autem fit, ut pareat reus illico. Malunt plerique tentare Exceptiones sub- & obreptionis, & Sententiæ fata experiri. Quodsi decreto Mandato inhibitorio & demolitorio, adderetur vel petente parte, vel ex officio Citatio, eum in finem, ut neglecto ab actore fatali trium mensium, ipso facto concideret Nunciatio & Mandatum, non parum hoc ad abbreviandam hanc litem conducere posse crediderim.
- (5) Imperator Justinianus in *l. unic. Cod. de Nov. Oper. Nunciat. festinare* jubet Præfectum urbi in decidendis hisce causis, Provincia vero Rectoribus trium mensium spatium ad dirimendam causam statuit. Sic enim ait: *Sancimus, si quis denunciationem emisserit, in hac quidem regia urbe præfectum urbi festinare: in provincia vero Rectorem ejus intra trium mensium spatium causam dirimere: sin verò aliquod fuerit quocumque modo ad decisionem ambiguitatis impedimentum, licentiam habere eum qui ædificationem deproperat, opus de quo agitur, efficere, prius fidejussore ab eo dato officio Urbicariæ Præfecturæ, vel provinciali, ut si non recte ædificaverit, omne opus quod post denunciationem fecerit, suis sumptibus destruat. Sic enim & opera non per inanes denunciations prohibebuntur, & recte denunciationibus consuletur.* In *Ordinat. Cam.*  
part.



*part. 3. tit. 3. causa Nunciationis inter extraordinarias est relata; Quarum licet sit infinitus in Judicio Imperiali numerus, ista tamen causa Nunciationum merito haberi debet inter eas, quæ maturandæ sunt præ aliis omnibus & coarctandi, quantum fieri potest, termini, vid. Brunneinan. ad dict. l. unic.*

- (6) *Causa Nunciationis est legitima, si pristina rei forma immutetur cum vicini incommodo, l. 1. §. 11. ff. de Nov. Oper. Nunciat. vid. Mey. part. 3. decis. 168. num. 5. Tametsi enim in fundo proprio libertas cuique sit ædificandi, non nisi utilitate propria circumscripta, quæ ideo non impediri debet, quod vicinus forte aliquid ferat incommodi, l. 9. ff. de Serv. Præd. Urb. l. 8. Cod. de servitut. & aqua. l. 26. ff. de damn. infect. ubi ait Ulpianus multum interesse, utrum quis patiatur aliquid, an lucro quod adhuc faciebat, prohibeatur. Jure vero naturali & civili non est permissam ædificare ad æmulationem, h. e. cum proposito alteri incommodandi, quod colligitur, si tali forma ædificii opus non fuisset, & plus alteri noceat opus novum, quam facienti profit, est enim societatis humanæ & naturali æquitati adversum, ut arbitrium quod unicuique in re sua competit, malitiæ sit fulcrum & animus nocendi toleretur, argumento *Novell. 63. cap. 1. l. 21. §. 2. ff. quod vi aut clam. Müller. ad Struv. de Nov. Oper. Nunciat. thes. 8. lit. B. & ibi allegati. Mascard. conclus. 621. Menoch. in arbitr. casu 156. Mey. Jur. Lubec. part. III. tit. 12. artic. 7. n. 14. præcipue num. 26. seqq. adde Lyncker. decis. 967. Praxin hanc Judiciorum non impedivere Academicæ quadam Disputationes elegantes: Una Thomasiæ, cui titulus: Non ens actionis forensis contra ædificantem ex æmulatione. Altera Schulzii JCr. Regionontani ejusdem argumenti.**
- (7) *Utrumque decernitur sine clausula, vid. Gail. lib. 1. observ. 16.*
- (8) *Gail. dict. observat. 16. num. 12. vers. Hinc observandum.*
- (9) *Mey. part. 2. decis. 180. & part. 3. decis. 379. seq. Frider. Mindan. de Mandat. lib. 2. cap. 31. num. 6. Quod existimat Gailius dict. observat. 16. num. 17. Oblatis etiam probationibus*



ad praestitam cautionem nunciationem esse remittendam, ita capiendum est, si de probationibus Judex cognoverit esse indaginis altioris, alioqui enim verior est sententia, quod per cautionem oblatam non protinus cesset nunciationis effectus, Carpzov. *lib. 1. respons. 7. num. 12.* Lauterbach. *dict. tit. §. 30.* Ant. Faber *lib. 8. Cod. hoc tit. definit. 3.* Mevii decisiones huc facientes & officium Judicis instruentes sunt *part. II. dec. 180. p. III. decis. 379. p. IV. decis. 237. p. VI. decis. 140.* Brunhem. *ad dict. l. unic. C. de Nov. Oper. Nunciat.* Lyncker. *decis. 1212.* Proinde in alio casu, cum Judex inferior prohibuisset Titium ad instantiam Mevii, ne ædificaret: Titius vero in Camera obtinuisse Mandatum de non impediendo erga cautionem oblatam: Re examinata Mandatum cassatum fuit, quia nuncians intra tempus legale paratus erat probare Jus prohibendi. Audiendus ergo erat, cum non adesset factum Judicis inferioris cum injustitia aperta conjunctum.

## OBSERVATIO XXII.

*Fratres feudum pro indiviso tenentes, succedunt sibi invicem & altero defuncto superstes in continuata possessione manutenendus.*

**C**ollateralium nulla est & quidem Jure Feudorum successio, nisi in feudo antiquo Familiæ dato, vel in feudo novo, ubi id in literis Investituræ dictum fuit. (1) Dantur tamen casus, in quibus etiam consensu Domini tacito successio Collateralium invenit locum, inter quos est is, si sciente Domino fratres investiti terram feudalem contiguam in communione retineant. (2) Proinde defuncto absque liberis fratre vel agnato, cum quo fuit communis possessio feudi

non



non divisi, superstitis possessio censebitur continuata in toto, absque apprehensione nova. (3) Neque feudi Domino licitum erit prætextu consolidationis partem non divisam occupare. (4) Atque ita in possessorio quoque Judicio Jura agnati præferenda sunt apprehensioni Domini feudi: (5) isque remittendus ad petitorium in Judicio Parium Curiaë instituendo. (6) Ita judicatum fuit in causa der Abtiffin Uberwasser zu Münster wider Johann Adam von Bischofing / Anno 1729.

- (1) *Lib. I. Feud. tit. 1. §. 2. & tit. 8. §. fm. lib. II. Feud. tit. 18.* etiam si fratres simul de feudo fuerint investiti, *lib. II. Feud. tit. 17.*
- (2) *Struv. Jur. Feud. cap. 9. aphorism. 4. in exegefi.* ibi: Si Dominus tacite istam successionem admiserit, quæ tacita voluntas colligitur, si Dominus sciverit fratres in communione bonorum vivere, *lib. I. Feud. tit. 20. lib. II. Feud. tit. 12.* Si ergo exorta inter vassallos de successione defuncti alicujus agnati lite, per Curiam feudalem moniti fuerint ut transigerent, deinde facta transactione, in qua ut uterque feudum in communione possidere debeat, conventum erat, uterque etiam fuerit à Domino investitus, & possederint feudum in communione multos per annos, dubium esse non poterat, Dominum feudi in eadem urbe, ad cujus moenia terra feudalis erat sita, de omni hoc negotio certam habuisse notitiam, proinde tacite consensisse in successionem.
- (3) Hanc communem & in foro receptam sententiam bene tenendam inculcant Cavalcanus *lib. 2. decis. 23. num. 115.* Beniten-  
dis *Decis. Rotæ Bononiensis 33. num. 2.* Lancellot. *de Attentatis part. 2. cap. 4. limitat. 1. num. 81.* Cardinal. de Luca *de hærede discurs. 9. num. 10. & in Mantissa decis. ad lib. 16. decis. 26.*

Præ-



Præsumta etiam possessio ad defensionem in ea & manutentionem sufficit, *Mev. part. 2. decis. 188. num. 4. Klock. vol. 3. consil. 170. num. 14. 15. 16.*

- (4) Istiusmodi possessio ad earum numerum pertinet, de quibus *Gailius de Arrestis cap. 1. num. 22. Posth. observ. 21. num. 35. seqq. Mev. part. 6. decis. 153. num. 5. 7.*
- (5) Accedebat in casu substrato, quod feudum fuisset antiquum familiaræ concessum. Proinde quæstio petitorii valde dubia pro feudi Domino. Et iniquum videbatur agnatum ex possessione ejicere, Dominum feudi vero, qui partem feudi non divisam Jure consolidationis apprehenderat, manutenere.

### OBSERVATIO XXIII.

*Si Vasallus ob culpam feudo privatus, investituram ejusdem feudi tanquam novi obtinuerit, ex antiquo fit novum. Formula: ex nova gratia non est semper indicium feudi ex antiquo in novum mutati.*

**E**X feudo antiquo fieri potest novum, si Vasallus ob culpam feudum amiserit & à Domino tanquam de novo fuerit investitus. Quandoquidem vero non quælibet culpa levior privationis causa est legitima, (1) ex nudis assertis Domini feudi, quod feudum fuerit *ex nova gratia* collatum, inferri non debet, præcessisse privationem, nisi etiam sententia privationis fuerit lata, & in rem judicatam transierit. (2) Faciles sunt in istiusmodi loquendi modis rerum feudalium in quibusdam Curiis ministri, quæ phrasæ à Vasallis reverentiæ gratia admixtæ (3) ut in detrimentum

tra-



trahantur agnatorum successorum, valde iniquum foret.

- (1) Verum quidem est causas privationis sub aliqua regula rotunda, ut ait *Obertus de Orto*, comprehendi non posse; Verum tamen & hoc, quod non sufficiat omnis occasio, per quam fidelis accepti beneficii videatur ingratus, sed oportere ingratitudinis causam esse egregiam, vid. *lib. II. Feud. tit. 23.*
- (2) Non enim ipso Jure amittit feudum Vasallus, sed causa cognita per sententiam *lib. I. Feud. tit. 21. 22. §. 2.* vid. *Struv. Jur. Feud. cap. 15. §. 11.*
- (3) Si in literis Investituræ nulla fiat mentio culpæ & sententiæ privationis, ex nuda allegatione *gratiæ novæ* non sequeretur, vasallum actu ipso fuisse privatum, sed verba ista à vasallo reverentiæ gratiæ admissa. Qualibet enim conjectura probabilis ad statuendam remissionem culpæ sufficit, *Lyncker. decis. 871.* adde *Struv. dict. cap. 15. §. 12. in exegefi.*

## OBSERVATIO XXIV.

### *Exceptionum ab imputatione Anatocismi casus legitimi.*

Quod usuræ usurarum legitime peti nequeant, quia petitio vergeret ad anatocismum, notissimum est, neque probatione indiget. Diversa est casus species, si mutetur creditor, v. gr. fidejussor, qui repetit usuras solutas à debitore tanquam sortem, ut sit omni ex parte indemnus. (1) Ita etiam si mutetur debitor, v. gr. Tutor vel alius administrator reciperet usuras, haud dubie tenetur ad restituendas usuras ad instar sortis cum usuris. (2) Sic etiam id quod interest, potest habere vicem sortis principalis. (3) Alia est

K

est



est ratio in usuris annuorum reddituum, quia singuli redditus habentur pro sorte. Certissima hac in re est praxis Judiciorum. (4) Adeo ut facta immessione pro sorte & residuis pensionibus, desinat natura reddituum & novatio facta censeatur ex re judicata, unde fluit consolidatio pensionum cum sorte, ita ut usurae totius quanti consolidati debeantur à tempore immessionis. (5) Porro non confundendae sunt usurae cum fructibus, illae enim sunt simplex accessio, hi vero pars rei ipsius. Hinc fructus petuntur saepius principaliter tanquam pars hereditatis. Tali casu omnino debentur usurae fructuum. (6) Aliud foret, si officio Judicis adjudicarentur fructus, tunc enim petitio usurarum rejiceretur. (7)

(1) *Mev. part. 6. decis. 328.*

(2) *Brunneman. part. 1. decis. 71. & 73.*

(3) *Idem part. 4. decis. 154.*

(4) *Lauterbach. Colleg. Pract. tit. de Usur. §. 40. cum pluribus allegatis, quibus adde Lyncker. volum. 1. respons. 131. num. 12. Carpzov. lib. 4. respons. 50. Fromman. disceptat. de natura annuorum reddituum, thes. 23.*

(5) *Vid. Brunneman. ad l. 2. & 3. C. de usuris rei judicatae. Lauterbach. Colleg. Pract. de usuris §. 23. ibi: in causa rei judicatae. juncto tit. de re judicata §. 31. Brunneman. ad l. fin. C. de usur. idem ad l. 26. ff. de condit. indubit. num. 7.*

(6) *L. 51. ff. de petit. hereditat. l. 40. §. 1. cod. Anton. Faber. lib. 4. Cod. tit. 24. definit. 4. Brunneman. ad l. 13. ff. de usuris.*

(7) *Mev. p. 2. decis. 302. & p. 8. decis. 332. F. Gallus de Fructibus disp. 12. §. 2. num. 22. seqq. Sententia singularis Berlichii in decis. 268. à Mevio, Brunneman. & aliis non est recepta, cui tamen in Conclus. p. 2. conclus. 38. n. 32. inharere non videtur.*



OBSERVATIO XXV.

*Illustratio Observationis vulgo Anti-Mariliana quarta, & Magenhorstiana centesima, de Jurisdictione Camera in prima Instantia propter Correos diversi fori.*

Correi diversi fori si ob eandem rem conveniantur, non est dubium, quin Jurisdictio suprema Imperialis Judicii præteritis Austrægis sit fundata, Gail. lib. 1. observat. 32. distinctio tamen est adhibenda. Vel enim alter ex reis beneficio primæ Instantiæ Austrægarum non gaudet, quo casu omne dubium cessat; Vel sunt duo rei, qui fruuntur quidem Austrægis, sed non iisdem: ex. gr. Princeps & Comes Imperii. De hoc casu fuit in Camera dubitatio Anno 1594. (I) Posterior sententia præxi Judicii Cameralis ante decisionem publicam obtinuit, interprete Denaisio in prior. edit. *Juris Cam. rubr. Continentia Causæ. Num. 4. ibi*: Si plures immediate Imperio subjecti una actione conveniantur, & ex narratis non videatur locus esse posse delegatis ordinatione, quin causæ continentia dividatur: processus in Camera decernuntur.

Declaratio Deputatorum Imperii Anno 1595. ita sese habet: Ist der Herren Cameralen letzte Meinung angenommen worden / doch mit der Maasß und Bescheidenheit / daß darin keine Gefährlichkeit gebraucht werde.



Hæc deinde *Recessui Deputationis Anno 1600.* fuit inserta §. 23.

Auctor Observationis vulgo Magenhorstianæ centesimæ, dicit actorem debere requirere reos, ut conjunctim nominent Austrægalem Judicem, in quo si convenire non possint, tunc demum licere actori adire Judicium Camerae, allegando expresse, quod inter reos conventio fieri non potuerit. Molestam existimavit Deckherrus Legem, sed molestiorem hanc Observationem, quia interpretem ageret legis; Esse enim alterum falsum, alterum vero iniquissimum, si actori incumberet onus requirendi reos, & expectare deberet eorum concordiam.

Quid ergo dicendum? Resp. Judici relictum esse arbitrium, an ex narratis continentia causæ sit aperta, & in nominando ab unoquoque reorum Judice difficultas existere possit, conf. Schubart. *de Austræg. cap. 9. num. 113.* Diversus à præcedente casus est, si conveniantur plures Rei ejusdem ordinis, qui singuli eadem via Austrægarum conveniri possint. *Lex Imperii 1600. §. 23.* expresse agit de casu, *wann zwen oder mehr Consortes jeder seine sonderbare Austräge hätten.* Neque videtur argumento legis casum diversum decisum esse, forte quia inter reos de Judice nominando facilis posset esse conventio.

Auctor *Observat. 4.* vulgo Ante - Marillianæ, quam absque nota reliquit Deckherrus *Monumentis Lecti-*



*Lection. antiq. pag. 587. ita ait: Nobilis de Seelbach petiit contra Episcopum Monasteriensem & Ducem Juliacensem Citationem, qui se simul obligaverant pro ejus indemnisatione prestanda, ut ipsis exercitum conscriberet; Hinc ille damnum passus; Queritur: An decernenda? Quidam, vermög der Außtråg procedi volebant; Major vero pars decrevit, ne continentia cause dividatur, & quia simul se obligassent, in Camera conveniendos esse. Idem observatum in causa Buseck contra Milchling, Anno 1554. Pluribus rem explicat Schwanemannus observat. 22. & in Processu lib. 1. cap. 4. num. 8. (in utroque loco legendum pro Schaumberg Schwartzburg) Mindanus de Continentia Causar. cap. 4. §. 70. Dubium relinquit Lectorem, pro more suo in quaestionibus difficilioribus, Blumius in Process. Camer. tit. 40. num. 10. Idonea satis est ratio fundatæ tali casu Jurisdictionis Camerae, quia denominatio Judicum Ordinationis fieri debet intra terminum brevem exactissime observandum, ita ut tempore fatali non observato fundetur Jurisdictio superior. Cum ergo plures rei intra hunc terminum de Judice concordare vix queant, (nisi forte adsint Austragæ conventionales, ubi conventionem peculiari opus non est) durum sane foret actorem ad Austragas ablegare, & dicturus esset Deckherrus scrupulosam magis contentiositatem quam juvandi dexteritatem. Hoc de casu in Camera nunquam fuit disceptatio vel dubitatio, neque*



adeo in *Lege Imper. Anno 1600.* decisio. Neque ergo male sequeretur casu dato Camera stylum antiquum. Quidsi actor esset privilegiatus ad implorandum Judicem supremum, Pupillus, Vidua, Ecclesia, quos ad Austragalis Judicii circuitum non esse obstrictos nonnulli putant? De usu *l. unic. Cod. quando Imperator inter Pupill. Sc.* in Camera Imperiali dixi *Commentat. Systemat. sect. 1. §. 2. num. 25. & Auctario secundo edit. noviss.* adde Lyncker. *de Commissario Imper. ad Causas Justitia §. XI. (3)*

- (1) Verba dubii Cameralis sunt hæc: Wann wider zwey oder mehr Consorten, deren ein jeder seine sondere Aussträg hätte / sine culpa abzustricken / sondern ein jeder seines Befehlens deren zu gebrauchen haben solle / bis er sich dessen selbst expressè oder tacitè begeben. Hergegen aber andere mit mehrern es dafür geachtet / da im obgeschten Fall sich aus den Narratis befinden würde / daß es unmöglich / daß circa distractionem continentia die Aussträge mit allen ihren requisitis, (welche dann strictè und præcisè zu halten) statt haben könnten / alsdann sobald in Camera Proceß erkannt werden mögen.
- (2) Verbis: Bey unserm Kayserl. Cammer: Gericht ist auch zweiffentlich vorgefallen / wie es in decernendis Processibus zu halten / wann wider zwey oder mehr Consortes, deren jeder seine sondere Aussträge hätte / alsobald in Camera supplicirt würde? Zu dessen endlicher Erläuterung und künftiger gewisser Nachrichtung ist unser Befehlender Wille / daß in solchem Fall / da sich aus denen Narratis die Continentia Causæ befinden würde / und sich die Partheyen eines endlichen und gewissen Richters nicht vergleichen könnten / alsdann alsobald an unserm Kayserl. Cammer



mer & Gericht Process erkannt sollen und mögen werden. Hæc ita expressit Denaisius *in edit. postrem. Jur. Cam.* Adversus plures Consortes, quorum sui quisque nominandi Judicis Jus habeat, si de certo Tribunali convenire inter partes nequirit, in Camera Processus ex causæ continentia decernuntor.

- (3) Edita fuit primum hæc Dissertatio, cum ego ex Academia Jenensi mox discessurus informatione Lynckeri adhuc fruerer. Eandem Lynckerus ad sua scripta retulit *in Catalogo edito Jenæ Anno 1696. num. 122. pag. 109.* & repetito Viennæ Anno 1724. *Artic. II. Dissertat. Jur. Publ.* Est ergo immatura in novissimè edita Anno 1729. *Bibliotheca Juris Publici censura pag. 95.*

## OBSERVATIO XXVI.

*Vitium visibile testamenti ad effectum l. ult. Cod. de Edict. Div. Hadr. tollend. habitum non fuit, si testes non viderint testatorem subscribentem testamentum, viderint tamen inscribentem involucro, quod in eo contineretur suum testamentum. Ad involucrem non esse necesse chartam signatam.*

**P**rolatum erat testamentum Baronis de N. S. Anno 1720. conditum, subscriptum à testatore & septem testibus, in quo hæres nominatus erat agnatus ex latere ejusdem cum testatore familiæ, sed mox contradictum ab hæredibus ab intestato, sororis defunctæ liberis. Eo quod testes adhibiti testamento & examinati confessi fuerant se non vidisse testatorem coram ipsis testamentum suum subscribentem, quod tamen requiretur. (I) Proinde immissionem *ex l. fin. C. de Edict. Div. Hadr. tollend.*



*tollend.* hæredi scripto tribui non posse, quia probatum esset testamenti vitium visibile. (2) Hac controversiâ ad discussionem deducta, de voluntate testatoris & subscriptione manu propria facta dubium non erat, forma tamen testamenti solennis quod exacte observata non esset contra testamentum urgebatur. Vicit autem in decisione sententia pro testamento sustinendo, non solum ad effectum *l. fin. Cod.* sed etiam deinde in instituto petitorio. (3) Adjuvabatur hæc opinio per involu- crum testamenti à testatore sua manu videntibus testi- bus inscriptum, esse in eo suum testamentum, quod involucrum singulorum testium sigillis erat obsigna- tum. Adeoque sententiam Jcti Hallensis Ludovici *de Involucro* §. 25. quod pro parte testamenti habendum non esset, ad casum propositum nihil facere. (4) Ne- que etiam officere, quod involucrum signo publico *Stempel-Papier* in Regione illa recepto non fuisset signatum, prout factum erat in charta testamenti. Erat enim involucrum non pars testamenti, sed indicium testatoris & testium, quod in eo testamentum conti- neretur.

- (1) *L. hac consultissima 21. C. de Testament. & in Constitut. Maximiliani I. de Anno 1512. de Notariis.*
- (2) Licet enim in prima figura, ut ait textus *l. final.* hoc vitium non videretur, sed per testes esset elicitum, sufficere tamen pro- bationem factam in continenti, Argelus *de acquirend. possess. quæst. 3. artic. 2. num. 46. artic. 16. num. 39. quæst. 6. artic. 8. num. 6. Mey. part. 2. decis. 248.* in specie per testes, qui actui inter-



interfuerunt, Meyer. J. C. t. Erfurt. de testamenti vitio visibili & invisibili §. 21. Menoch. remed. 4. num. 656. Stryck. de cautel. testament. cap. 7. §. 44.

(3) Per Mynsing. respons. 96. Melon. in Thesaur. Jur. tit. 26. n. 31.

(4) Argumento l. 22. §. fin. ff. qui testam. facere possunt.

## OBSERVATIO XXVII.

*Vitium visibile testamenti accipiendum de eo, quod in oculos Jurisperitorum incurrit. Est autem vitium etiam in materia testamenti, puta, si testator de re aliena disposuisset pro parte.*

Quod de vitio visibili immisionem hæredis in testamento scripti impediens in l. ult. C. de Edict. Div. Hadr. tollend. constitutum est, non accipiendum de tabulis vel sigillis laceratis vel talibus vitiis, quæ in cuiusvis hominis, sed quæ in Jurisperitorum oculos incurunt. Ita enim Philosophus lib. 6. topicor. cap. 3. simpliciter, ait: *notum est, non id, quod omnibus perspicuum est, sed quod iis demum, qui ratione & intelligentia bene constituti sunt, quemadmodum id etiam quod simpliciter salubre est, iis est salubre quorum corpus est bene affectum.* Quid ergo, si in ipsa materia testamenti vitium aliquod comperiretur? puta, si testator de re aliena disposuisset, sororem vel ejus liberos, cui regressus ad bona erat reservatus, exclusisset? Tale vitium æque impedire immisionem censuit Besoldus consil. 56. n. 68. seq. Cothman. tom. 3. resp. 45. n. 123.

L

seqq.



*seqq.* duo enim sunt indicta lege ultima, quæ requiruntur ad adipiscendam possessionem, unum, ut non adsit visibile vitium, alterum, ut immissioni non obstet contradictor legitimus.

Talis vero esset, cui ex pacto competebat regressus. (I) Visum itaque fuit Judici suspenso hac quaestione immissionem decernere tantum pro semisse, sequestro vero subijcere semissem alterum, quia in semisse tantum actio regressus fundata esse poterat, ulteriori deliberatione tractanda. Cum enim alia sit ratio legis ultimæ de vitio visibili, alia de legitimo contradictore, ad visibile vitium non poterat referri actio ad regressum. Contradictio vero legitima in tantum fuit habita, ut partes ulteriori deductione hanc quaestionem clariorem redderent, cum primis postquam allegasset hæres scriptus per aliam transactionem regressui sororem renunciasset. Iuxta idcirco & rei expediens visa fuit sequestratio, ut eo magis utrique parti consuleretur.

- (I) Quotiescunque de viribus testamenti disputatur non admittunt immissionem *ex dict. lege finali.* Lyncker. *respons.* 87. num. 30. Finckelthaus. *observati.* 121. Harprecht. *respons.* 37. num. 89. Mey. *part. 2. decis.* 281.





OBSERVATIO XXVIII.

*Clausula pacti reservatorii hæreditatis auf  
einen ledigen Unfall / non extinguitur per aliam ge-  
neralem clausulam renunciatoriam in  
actus diverso.*

**I**N pactis matrimonialibus renunciaverat filia nobilis de N. accepta dote omni successioni parentis, cum expressa reservatione domini, clausula efficacissima in fine observationis adjuncta. (1) Deinde post aliquot annos in alia transactione de hæreditate materna, cujus formulam conscripserat frater, clausula aliqua generalis hæreditatis paternæ renunciatoria fuit inserta. Ex qua clausula hæres à fratre scriptus actionem ad regressum elidere conabatur, sed omnino frustra. Quicquid enim adstringendæ obligationis est, inquit Celsus *l. 99. ff. de verbor. obligat.* Id nisi palam verbis exprimatur, omissum intelligendum est. Liberalitatem captiosam interpretatio prudentum fregit. (2) Coarctandas esse renunciaciones foeminarum ad res, quibus consensum suum accommodarunt, non vero extendendas voluit Justinian. *in l. jubemus. Cod. ad Scutum Vellejanum.*

(1) Wann über kurz oder lang sich ein lediger Unfall begeben sollte / das ist / wann mein freundlich geliebter Herr Bruder ohne Männliche eheliche Manns Erben / wie auch dessen mit Gottes Segen künftiglich verhoffende eheliche Manns Erben abgehen / und also der eheliche Manns Stamm (welches Gott verhüten wolle) ganz ab und ausgestorben  
P 2 seyn



seyn solte/ daß so viel mein Väterliches anbelangt/ ich vor mich und meine Erben/ auch Erbens Erben/ den freyen Zugang zu dem Väterlichen Vermögen beweglich und unbeweglich haben/ und weder mir noch ihnen diese Verzicht durchaus nicht im Weeg stehen/ sondern auf solchen Fall/ was ich anjetzo meinem Herrn Brudern/ und dessen Männlichen ehelichen Posterität zu gutem/ und zu besserer Conservir- und Erhaltung dieser Familie, wie nicht weniger beständiger Handhabung derselben Herrschafft und Güther aus Händen gelassen/ mir und ihnen von Rechts wegen wieder zukommen/ und ohne männliches Hinderniß gebühren/ ich und meine Erben/ auch solche mit oder ohne Recht wieder suchen und erfodern mögen/ zu welchem Ende ich mir und meinen Erben das Erbschaffliche Dominium und zuständiges Recht auf das zierlich und beständigste/ als es seyn kan/ expresse vorbehalte/ dergestalt/ daß ich mich besagten Dominii und Erbschaffts Rechts/ so ich wegen des allbereit mir angefallenen Väterlichen/ denen gemeinen Rechten nach dermalen schon habhafft worden bin/ oder da es ohne diese Verzicht wäre/ noch habhafft werden könnte/ mir allein widerrufflich begeben/ keines wegs aber auf ewig oder länger als bis auf Absterben meines Herrn Bruders/ und dessen ehelichen Männlichen Descendenten, von deren Ableibung mir und meinen Erben allen Väterlichen Erb-Güthern das vorbehaltene Successions-Recht dergestalt offen stehen und bleiben solle/ als wann kein Verzicht vorgangen.

- (2) *Judice Papiniano l. 5. ff. de transact. Anton. Faber lib. 2. C. tit. 4. def. 6. & 12. Rocca disputat. 25. num. 17. Harprecht. de regressu ad bona renunciata §. 23. & 31. Fromman. de existentia pacti reservati §. 56. Mey. part. 9. decis. 136.*

OBSER-



OBSERVATIO XXIX.

*Instrumentum Notarii ex Imbreviatura sive Protocollo defuncti cujusdam Notarii factum, nisi de omnibus circumstantiis constet, fidem non habet. Per clausulam Codicillarem Testamentum ob præteritionem filie nullum, in vim Fideicommissi non sustinetur.*

**G**oswinus Nobilis tres reliquerat filios hæredes, *Adrianum, Wilhelmum & Ignatium*. Primus secundum nefando parricidio è medio sustulerat, deinde fugitivus in Italia vitam finierat, & fecisse dicebatur testamentum nuncupativum, in quo filium *Franciscum* & filiam *Barbaram* hæredes instituerat, præterita filia seniore *Maria*, neque etiam interrogatus an non liberos haberet plures? Filie senioris meminerat; Producta fuit copia hujus Testamenti ex Protocollo cujusdam Notarii in urbe Italica. Iste vero Notarius dudum erat defunctus. Tametsi vero Protocollum Notarii & copia ex eo desumpta per alium Notarium fidem faciat actui, cumprimis, si Notarius alius Protocolli sit possessor legitimus. (I) Existimatum tamen fuit copie huic testamenti ex Imbreviatura Notarii fidem non esse habendam, quia licet ex Protocollo esset desumpta, non tamen constabat, neque ex copia testamenti producta, neque ex aliis documentis, quo modo, & ad cujus requisitionem iste Notarius formulam testamenti Protocollo inseruisset. Hæc omnia



in Extractu Protocolli non reperiebantur. Et cum testator lingua Gallica esset usus, quam testes novem in ipso testamento nominati Itali non intellexisse ex aliis constabat testimoniis, adeo, ut per tertium aliquem transferendum fuisset testamentum, quod nuncupativum esse dicebatur, in linguam Latinam, quam ne testator quidem calluit, merito nulla fuit ratio habita istius testamenti. Et licet hi defectus non extitissent, nihilominus ob præteritionem filiae nullum erat testamentum, nequidem per clausulam Codicillarem adjectam in vim Fideicommissi sustinendum. Doctrina enim Jurorum, quæ clausulæ huic talem vim addunt, etiam in testamento paterno, stricto Jure nullo, ad præsentem casum applicari vix poterat, cum testator filiam prætereundo exclusisset, imo quæsitus, nullam se amplius habere dixisset. Quomodo ergo præsumi poterat ejus voluntas fideicommittendi per clausulam Codicillarem?

(1) Stryck. *de Jure Protocolli cap. 2. num. 27.*

(2) Lauterbach. *Colleg. Pract. de Jur. Codicil. §. 23.* Stryck. *de success. ab intestat. dissertat. 1. cap. 1. n. 20. cum aliis pluribus.*

### OBSERVATIO XXX.

*Hereditas occisi aufertur parricidæ tanquam indigno, & accrescit Fisco, nisi hic jus suum dereliquerit.*

**H**ereditatem occisi parricidæ ut indigno auferri Jura omnino volunt, *tit. ff. de his que ut indignis*



gnis. Cui ergo accrescet? an hæredibus ab intestato an vero Fisco? A Fisco vindicari unanimes est interpretum sententia, neque per *Authenticam bona damnatorum* &c. de bonis præscriptorum aliud constitutum. Erravit enim ea in re Carpzov. *quest. criminal. 135. num. 27. 39.* (1) Cum dicta Authentica de bonis damnatorum ad mortem in genere loquantur, non de his, quibus ut indignis hæreditas auferatur. Fisco igitur, cum occisor gratiam poenæ mortis ad intercessionem multorum amicorum accepisset, Jus suum non prosequente & actione Fiscali præscriptione sublata, non erat ratio, cur hæreditas occisi tota liberis Adriani occisoris non esset acquisita. Accedentibus cum primis aliis pactis, de quibus Observatione sequente.

(1) Emendari debere textum *Ordinat. Criminal. artic. 218.* vult Carpzov. *num. 30.* & deleri voculam *Oder.* Sed vide Schilter. *Praxi Jur. Roman. exerc. 49. §. 156. nota (a)*

## OBSERVATIO XXXI.

*Renunciatio hæreditatis paternæ ab uno filiorum, cum Ecclesiasticam vitam elegisset, facta dem Manns Stamm zum besten / non excludit filias existente casu lineæ masculinæ, in quem reservatus erat filiabus regressus.*

EXISTENTE in fuga Adriano ob parricidium in fraude perpetratum uxor ejus de hæreditate paterna *Cosmini de N.* ad tres filios ab intestato delata, pacificatur



citur mariti nomine, cum superstitute fratre Ignatio. Hic vitam Ecclesiasticam amplexus portionem aliquam bonorum sibi reservavit, reliquæ vero hæreditati paternæ renunciavit in favorem des **Manns Stamm** / **dergestalt** / daß solche dem andern transigirenden Theil / dessen lieben Erben und Jugend frey und eigen zustehen solle.

Incidebat igitur quæstio de quota regressus ad bona paterna reservati. Si enim per Ignatii renunciationem Franciscus filius Adriani portionem patruï sui acquisivisset jure proprio, de hac testari potuisset libere Franciscus. Re vero penitus inspecta existimatum fuit, renunciationem dem **Manns Stamm** zum **besten** accipiendam esse civiliter, non exclusis filiabus, si existeret casus extinctæ lineæ masculinæ, in quem regressus filiabus fuit reservatus. Acquisivit ergo pacto inito, & renunciatione à fratre Ignatio facta, omnem totam reliquam hæreditatem paternam, eamque transmisit ad liberos tres superstites, filium scil. unum & filias duas, quæ tamen filiæ matrimonium ineuntes Jus hæreditarium bonorum paternorum fratri, ejusque stirpi masculinæ, reservato regressu in eventum, reliquerunt, neque Ignatius renuncians fideicommissum constituere voluit in portione sua, & difficillima exitura fuisset computatio portionum atque collatio, cum Ignatii istius portio dudum pervenisset ad manus extraneas. Ergo inter tres liberos *Adriani* filius *Franciscus*  
portio-



portionem suam habuit liberam, reliquas portiones fororiarum accepit, sed affectas regressui, si sine masculis decederet, prout est factum.

## OBSERVATIO XXXII.

*Conditio hereditatis renunciatae transmittitur ad heredes, cum primis in hereditate jam quaesita, etiam testamentarios; Quid si testamentarius renunciaverit, quomodo facienda inter plures divisio.*

**I**nter tres liberos *Adriani* æquali Jure ab intestato succedentes filiae duæ renunciarunt hereditati paternæ in favorem fratris *Francisci* ejusque descendendum masculorum, reservato jure domini in eventum deficientis stirpis masculæ. Ex filiabus altera *Maria* obiit nulla relicta sobole, fratre adhuc vivo. Scripsit autem heredes testamento, matrem in legitima, maritum in bonis reliquis. Hic deinde transegit cum matre renunciando successioni. Altera fororum *Barbara* liberos habuit, una cum fratre superstites. Cum tandem frater *Franciscus* absque liberis esset defunctus, & casus regressus reservati à sororibus non solum sibi, sed etiam heredibus simpliciter, extitisset, quaestio erat de parte, in quam succederent *Francisco* liberi sororis *Barbara*, an in semisse an in triente? Pro semisse faciebant rationes: Quod portio *Mariae* absque liberis defunctæ, non esset acquisita, ergo ad heredes non

M

trans-



transmissa, proinde ad cresceret massæ, quam frater *Franciscus* haberet quidem totam sed jure domini reservati in eventum alteri sorori *Barbara* pro semisse affectam. Etiam si vero (1) Jus reservatum ad hæredes transmittatur, cum primis si renunciatio facta esset hæreditati jam quæsitæ, non solum ad hæredes ab intestato, sed etiam ad testamentarios. (2) In præsentem tamen casu, cum testamentarii hæredis, qui renunciaverat, nulla amplius habenda esset ratio, majore numero votorum decisio facta fuit hunc in modum: *Franciscum* fratrem per renunciationes sororum dominum factum massæ totius hæreditariæ paternæ, salvo regressu. Cum ergo soror *Maria* decesserit absque liberis, in hac portione regressum evanuisse, alteram vero sororem *Barbaram* sive ejus liberos in petitione regressus non plus Juris habere, quam habuisset mater à principio, h. e. ad tertiam totius paternæ hæreditatis, ad cujus possessionem etiam cum commodo & onere pro rata essent immittendi.

(1) *Frommann. dissertat. de existentia conditionis pacti hæreditat. reservativi §. 31.*

(2) *Per l. 42. ff. de obligat. & action. l. 24. ff. de verbor. significat. l. 62. ff. de Regul. Jur. Thom. Michaël. in consil. 106. num. 66. Collect. Klockianæ volum. 3.*



OBSER-



OBSERVATIO XXXIII.

*Superioritas territorii in Imperio Romano-Germanico in omnibus Provinciis eodem modo non est comparata, neque in omnibus partibus exerceri potest, sed variis in locis est limitata.*

**I**N Imperio Romano-Germanico pro diversitate magna Regionum, Jurisdictionis & Consuetudinum, in singulis omnia ad unam eandemque Jurisdictionis & Regiminis formam atque plenitudinem exigi minime possunt neque debent. (1) Errant proinde errorem maximum qui ita ratiocinantur: Est territorii Dominus, ergo ad exemplum aliorum Dominorum Jura territorialia in partibus omnibus, quæ huic Juri eximio regulariter adhærent, potestate pari, qua faciunt alii, exercere licet. (2) Territorialis superioritas, quæ competit Imperii Statibus, Legibus est adstricta, non solum respectu Imperii totius, (3) sed etiam quas unaquæque habet Regio. (4) Consuetudines antiquitate temporis stabilitæ legem imitantur. (5) Non ergo implicat esse aliquem mediatum, h. e. vinculo subjectionis adstrictum (sive sit persona singularis, sive corpus, universitas, Collegium, perinde est) & tamen esse ejus conditionem talem, per quam, licet à subjectione territoriali non eximatur, fruatur tamen insigni libertate Domini vero superioritatem, ipsius respectu non absolutam esse sed limitatam. (6) Quam si Domini

M 2 vel



vel suomet sensu, vel Consiliariorum adulatione extra terminos exercere susceperint, ad querelas rite propositas auxilium ferre solent *Judicia Imperii.*

- (1) Germaniæ enim populi neque eodem tempore neque eadem subjectionis formula venerunt in Principum, Comitum vel Dominorum quoruncunque potestatem. Antiquissimos Germanorum Reges & Principes auctoritate suadendi magis quam jubendi potestate populos rexisse auctor est Tacit. *de Mor. German. cap. 12.* Non itaque est novum, quod Regiminis forma in unaquaque Regione non sit eadem, liberior aut adstrictior. Hoc vero admirandum putavit Thuanus, quod populi tot potentes in unam Rempublicam tandem coaluerint, eamque constanter retinuerint, *Histor. lib. 2.* Quemadmodum vero una civitas ex multis domibus vel familiis conflatur, quarum unaquæque proprias potest habere rationes domesticas, salvo tamen ordine universitatis totius; Ita absurdum non est Regionibus & Provinciis Germaniæ, vel si mavis Territoria singula, peculiare habere Regiminis Leges, Pacta, Consuetudines ratione ordinis ad universum Reipublicæ corpus pertinentes. Et si vel maximè plura Territoria uno regantur Principe vel per modum coalitionis vel perpetuæ, vel ad personam electi restrictæ, (de utroque modo egit Waldschmidius Antecessor Marburgensis *dissertat. peculiari Anno 1714.*) servandum tamen sit uniuscujusque Regionis *πολιτευμα* antiquum. Proinde explodendus foret, qui ad unum eundemque modulum singularum Regionum Regimen in Judiciis, Jurisdictione, Statutis, Collectis aliisque negotiis redigere vellet.
- (2) Totum potestativum est Superioritas Territorialis, sive ut alii loquuntur, aggregatum ex multis actibus Jurisdictionis & Imperii. Pleraque sine scripta Lege, sine Imperatorum voluntate, usu quodam propria auctoritate inchoato & mox in imitationem tracto, sensim cœperunt. Parvo initio pleraque tentabantur, ut nemo suspicaretur rem sub specie libera voluntatis



tis tandem in Jus ituram esse perpetuum, vid. Henniges *dissertat. de Superioritat. Territor.* annexa *Meditat. ad Instrum. Pac.* §. 39. Ergo si ex aggregato Juris territorialis pro ratione aut consuetudine hujus vel illius Regionis deficiat aliquid, hoc nihil officit ipsi Superioritati, vid. Lyncker. *de Superioritat. Territor.* pag. 68. Hert. *de Superioritat. Territor.* §. IV. & VIII. Suprema in Republica Majestas non est ideo minus talis, quod non sit plena & arbitraria, sed pactis circumscripta, vid. Hug. *Grot. Jur. Bell. & Pac. lib. 1. cap. 3. §. 16.* Notatu digna sunt verba Lynckeri *volum. 1. respons. 193. num. 65.* *Die weil die Superiorität der Natur und Eigenschaft ist / daß wie sie in Juribus dependentibus ab Imperio & sensim acquisitis aller Orten nicht einerley Jura hat / sondern einigen Orts völlig / anderswo aber gemindert ist / bevorab in terris Subvasallorum Illustrium; So muß auch allenthalben unter gemäßigten und schlechter dings untergebenen Unterthanen ein Unterscheid gemacht werden.*

- (3) Quantaunque sit potestas territorialis Statuum Imperii, non est plane soluta & libera, sed legibus adstricta, h. e. dependens ab universali Reipublicæ constitutione, Hugo *de Statu Region. German. cap. 2. §. 18.* Alias enim statuendum foret, vivere singulos Imperii Ordines in statu, quem vocant, naturali. Quod cum absque errore manifesto statui non possit, necesse est, ut agnoscamus subordinationem erga Imperatorem tanquam Caput Supremum & universam Rempubicam, Imperii Constitutionibus firmatam.
- (4) Non equidem negaverim esse aliquas, in quibus formula subjectionis adstrictiori Principes utuntur; Plurimas tamen pactis antiquissimis vel expressis vel tacitis, continuo usu firmatis regi non est dubium. Firmius esse Imperii vinculum, quod consensu parentum constat & amore, quam metu & timore, optimi Principes credidere. „Malè terrore veneratio acquiritur, longeque valentior amor ad obtinendum quod velis, quam timor, Plin. *lib. 8. epist. 24.* Populus tibi curæ



„fit & omnia in eo positum esse putato, ut is Imperio tuo de-  
 „lectetur, *Ifocratis* est monitum ad *Nicolem*. ex paraphrasi  
 „*Hieron. Wolfii*.

(5) §. 9. *Institut. de Jur. Natur. Gent. & Civil.* adde *Illustrationes*  
*Thomassii de Jur. consuet. & observ. §. 49. 83. 85.*

(6) Huc pertinet formula *Sententiæ Cameralis* notatu digna Anno  
 1728. Ist die durch N. producirt/ auf den irrigen Grund/  
 daß dem Fürstlichen Haus N. die Lands- & Herrliche Ho-  
 heit in allen ihren sonst gewöhnlichen Theilen unbeschränckt  
 zukomme / gerichtete Vorstellung / als zu gegenwärtiger  
 Sach und verhandelten Acten übel applicirlich / hiermit  
 verworffen.

*Aliam Sententiam Cameralem Anno 1670. 4. Februarii publica-*  
*tam, hanc materiam in primis illustrantem, hic adjicere inte-*  
*gram, non ingratum fore putavi:*

**I**N Sachen *Weyland Frauen Irnegarten / jecho Frauen*  
*Anna Salome Abtissin zu Eßen Klägerin eins / wider*  
*Bürgermeister / Rath und ganze Gemeind der Stadt Eßen*  
*Beklagten andern Theils / Citationis ad videndum se inci-*  
*disse in Pœnas Privilegiorum, ist Lt. Waltraf sein der declara-*  
*tion Pœnz violatorum Privilegiorum halber beschehenes Bes-*  
*gehren abgeschlagen / sondern allem Vorbringen nach zu Recht*  
*erkannt / daß gedachte Frau Klägerin und ihre nachfolgende*  
*Abtissinnen zu Eßen vor der Beklagten ordentliche Obrig-*  
*keit und rechte Lands- & Fürstin zu erklären / und Beklagte*  
*auch ganze Stadt Eßen als Unterthanen und ein Glied des*  
*sen Fürstlichen Stiffts / eine Abtissin daselbsten davor zu*  
*halten und zu erkennen / auch allen gebührenden Gehorsam*  
*im Gebott und Verbott zu leisten / zu condemniren / und zu*  
*verdammnen seyn: Erwehnte Beklagte jedoch bey ihren her-*  
*gebrachten Rechten / als Befreyung von Leistung der Huls-*  
*digung / von Lands- & Steuer oder Schatzung / doch daß sie*  
*ihre Quota und Beysteuer der Reichs- & und Creysß- Anlas-*  
*gen / wie bishero einer Abtissin zu Eßen (bis in causâ Man-*  
 dari



dati ad poenam dupli, an diesem Kayserlichen Cammer-Ge-  
richt ein anders gesprochen) einsteuffern/ aller und jeden Welt-  
und Politischen Administration in Bürgerlichen und Peti-  
tischen Sachen/ (mit Vorbehalt der Frau Klägerin die Ver-  
dammung zum Tod/ der Condemnirten Begnadigung und  
Execution, jedoch aussere der Stadt Fried- Pfählen) An- und  
Absetzung des Rathes/ Verwahrung der Stadt/ derselben  
Mauern/ Thürnen/ Pforten und Wehren/ (aussere bey Frie-  
dens- Zeiten der Frauen Klägerin freyen Gebrauch des  
Pfortleins hinter der Abten) allerhand dem gemeinen Wes-  
sen nützliche Satzungen und Ordnungen zu machen und zu  
publiciren/ Geleit und sicheren Durchzugs/ ihre entchiede-  
ne Bürgerliche Sachen zu exequiren/ Ehlen/ Maass und  
Gewichts/ Weeg- Gelds/ Klopfenschlag und Nachsolae/  
Accise und Ungelds/ in der Stadt und deren Fried- Pfäh-  
len/ Collectirung ihrer Bürger und Einwohner/ Jahr-  
Märcken/ Appellationes von dem Hallen- Gericht an den  
Rath/ und von dem Rath an das Kayserl. Cammer-Ge-  
richt/ dann bey jetziger freyer Übung eingeführter Aug-  
spurgischer Confession und Religion in ihren Kirchen/ Schu-  
len/ Hospitalen, deren geistliche Güther/ und Befälle/ demie  
zu Münster und Osnabrück getroffenen Frieden gemäss zu  
schützen/ zu manutreniren/ und lassen seyn/ als wir hiermit  
respectivè erklären/ verdammen/ schützen/ manutreniren  
und lassen/ jedoch mit diesem Beding/ so viel die Befrey-  
ung von Lands- Steuer/ Schatzung/ dann die Appellation  
von dem Hallen- Gericht an den Rath/ und von dannen  
an das Kayserl. Cammer-Gericht anlangen/ das solche bey-  
de Punkten allein in Possessorio verstanden/ und das Peti-  
torium beyden Theilen gehöriger Orten auszuführen vorbe-  
halten seyn solle; die an diesem Kayserl. Cammer-Gericht  
aufgeloffene Gerichts-Kosten aus bewegenden Ursachen ge-  
gen einander compensirend und vergleichend. Speyer den  
4ten Februarii 1670.

OBSER-



## OBSERVATIO XXXIV.

*In Querela Nullitatis in causa civili,  
quid à Judice observandum.*

**I**ncrescente in dies litigandi pruritu hominumque lites sustentantium avaritia, vix sufficiunt leges & Judicum prudentia. Quo frequentius litigantes, si à remedio Appellationis exclusos se vident, ad obliqua deflectunt, viam, inquam, Mandatorum & Nullitatis querelæ; Tanto cautius Judici probo ea in re versandum erit, cum in Processibus decernendis, tum maxime in ipsa causæ decisione per sententiam. Leve videtur quandoque & res parvi præjudicii, admittere processus. Si temporis & sumtuum ratio habeatur, gravissimum sæpe litigantium alteruter vel etiam uterque patitur damnum: Proinde proposita in superiori Judicio nullitatis querela adversus Decretum vel Sententiam Judicis inferioris, prima erit consideratio an *incidenter*, ut loquuntur Jcti, fuerit instituta cum appellatione, an vero *principaliter*. (1)

*Priori casu* cum iniquitas sententiæ concurrat, facilior esse poterit Judex ad beneficium Juris permittendum, cum primis si ex narratione facti & adjunctis probationibus nulla suboriatur suspicio temerarii litigii. Atque tunc, cum tota causa ad Judicem supremum sit devoluta, in decisione ejus examen nullitatum recte instituet, simulque super meritis pronuntiabit. (2)

*Posterior-*



*Posteriori casu*, gravamina contra Sententiam tanto maturius examinanda, quo certius est præsumi regulariter Judicem ordine legitimo sententiam tulisse, actumque quemvis judicalem sustinendum potius esse quam pro nullo declarandum; Tanto magis, si confestim appareat actorem appellationis remedio uti potuisse, atque ad nullitatis querelam desperata causa confugere velle. Cautelam inutilem Advocatorum à Gailio dudum notatam *lib. 1. observ. 127.* & Tennagel. *de discernend. Process. class. 4. cap. 8.* sæpissime tamen tentari experimur. (3) Hic vero loco causarum nullitatis talia adferuntur plerumque, quæ ad iniquitatem sententiæ quidem, non vero ad censuram nullitatis pertinere possunt. Quemadmodum vero sententia nullitate in formalibus processibus laborans justa esse potest in meritis, ita non omnis sententia iniqua in meritis, ea propter vitium habet nullitatis, ut idcirco sit cassanda.

Differunt valde nullitas sententiæ & iniquitas. Iniquitatis querela requirit appellationem intra fatalia interponendam, nullitatis principaliter intentatæ actio XXX. Annis præscribitur, *Recess. Imper. 1654. §. 121. 122.* ubi causas nullitatis insanabilem defectum involventes fatali interponendæ appellationis non esse circumscriptas statuitur. Præscribi tamen etiam hujusmodi querelam XXX. Annorum spatio communis est Interpretum sententia. (4) Exprimuntur *in dicto §. 122. Recess. Imper.* causæ provenientes ex persona vel Judicis,

N

cis,



cis, vel Partis, vel ex substantialibus Processus. Non tamen excluditur nullitas omnium gravissima ex causæ meritis resultans. (5)

Itaque si gravamina nullitatis proposita huc referri non possint, neque in libello probentur cum aliqua verisimilitudine, officium Judicis erit repellere à limine Judicii actorem, qui ejusmodi nova litis tela rem judicatam enervare studet. Quod si narrata libelli etiam graviores nullitates contineant, præstat omnino Judicis prioris informationem ulteriorem expectare, quam actoris fidem sequendo processus decernere. Ad finiendas enim lites, non ad formandas juxta desideria partium, Judicia sunt constituta. Oderunt Advocati literas pro informatione. E contra magno Justitiæ commodo adhiberi, & iis mediantibus appellationes vel querelas frivolas amputari, vel, si quid gravaminis supersit, restringi, observavimus.

Admissio processu nullitatis, in ejus decisione Judex eandem adhibebit cautelam, ut si quid forte in decernendo processu ejus prudentiam effugerit, facta distinctione gravaminum in decidenda causa emendetur. Si unquam, certe in nullitatis querela adstrictus erit Judex ad gravamina in libello proposita. Nova suo arbitrio ex actis elicere, & ob eas sententiam priorem nullam declarare minime licebit. Nam, quod docet Gail. *lib. 1. observat. 127. num. 10. & observat. 144. num. 6.* & ex eo repetunt alii, vide Hiltrop. *Process. part. 4. tit. 17.*



tit. 17. num. 17. seqq. nullitatem à Judice ex officio esse attendendam, hoc intelligendum, primò, si cumulata sit querela nullitatis cum appellatione, secus si principaliter sit nullitatis actio instituta, deinde, de nullitate evidente, non de ea quæ est obscurior in facto, hæc enim in gravaminibus speciaticim expositis fundanda erit. Judex igitur eliciendo nullitatem sua opinione ex Actis in libello non comprehensam, & desuper pronunciando, super qua tamen litigantes non auditi, majorem nullitatem committit, quam foret in ipsa, de qua agitur, Sententia. Exempli gratia: Animadvertit Judex in Actis, ex duobus actoribus, qui in prima Instantia victores fuere, Judicem appellationis intermedium citasse unum nomine tenus, alterum addita voce consortium. Executionem Citationis primæ factam esse illi soli, utrique vero Mandatum attentatorum revocatorium insinuatam; porro, illum, qui nominatus, constituisse pro se & consorte absente Procuratorem; Judex nullitatis hunc defectum ab actoribus non allegatum in libello, pro causa nullitatis ex officio habere absque vitio non poterit. Multæ enim possunt intervenisse circumstantiæ, quare alteri ex consortibus insinuatio facta non fuerit; Et valde probabilis esse potest ratihabitio consortis, si acta ab altero nunquam fuerunt contradicta. Ad summum, defectus foret, non tamen insanabilis, ut corrigi alia ratione, quam per nullitatis declarationem, non possit. (6) Tandem ut de meritis causæ decernat Judex in processu nullitatis, re-

N 2

ligio



ligio non patitur, nisi in meritis acta fuerint instructa sufficienter. Equidem devolvi universam causam ad Judicem de nullitate, statuunt J.Cti. (7) Veruntamen cautela observanda, (8) ut, comperta nullitate processus, acta istius Instantiæ, quæ nullitatis accusatur, ante omnia de novo instruantur. Potest enim esse sententia justa in meritis, & justior sententia Judicis appellationis intermedii, de qua in nullitatis querela agitur, quam Judicis primæ Instantiæ. Proinde cavendum omnino Judici, ne, nullam declarando Sententiam secundæ Instantiæ, eo ipso sententiam primæ Instantiæ habeat pro re judicata, ejusque executionem demandet. Nam ita à quæstione nullitatis ad merita, absque causæ cognitione, descendens, conscientiam oneraret suam. Quid enim si sententia primæ Instantiæ nullitatibus laboraret longe gravioribus? Quid, si omni Juris rationi contraria? Ergo, si in sententia nullitas non sanabilis deprehenderetur, corrigendus erit defectus processus: A meritis vero, nisi actis satis instructis, ne nascatur partibus damnum irreparabile, abstinendum.

- (1) Quantum ea in re interfit exponit Cavarruv. *Pract. Quæst. cap. 24. num. 7. seqq.* Altimar. *de Nullitat. Sentent. rubr. 1. quæst. 3. num. 18. seqq. quæst. 20. num. 14. 20. 60.* Scac. *de Appellat. quæst. 19. remed. 1. conclus. 3.* aliique ab his allegati.
- (2) Hinc formula Sententiæ: *Das nichtiglich geurtheilet / übers flüssig appellirt / daher solche Urtheil zu cassiren und aufzuheben sey / als wir ꝛ. ꝛ. Damm ist in der Haupt Sache zu Recht erkannt ꝛ. ꝛ.*

(3) In



- (3) In Appellatione gravamina speciatim exprimi in libello leges volunt, multo magis id requiritur in actione nullitatis, vid. Tennagel. *dicto loco.*
- (4) Mynsing. *centur. 5. observat. 92. adde centur. 2. observat. 77. Gail. lib. 1. observat. 127. & 135. Lyncker. gravam. extrajud. cap. 9. part. 2. §. 32. Altimar. quæst. 4. num. 23. & quæst. 149. conf. Mev. part. 1. dec. 54. part. 4. dec. 798. part. 7. dec. 53.*
- (5) Vid. Lauterbach. *Colleg. Pract. tit. ff. quæ sentent. sine appellat. rescind. §. 2.*
- (6) Monitum saluberrimum est Hiltropii *Process. part. 4. tit. 17. num. 33.* „ Circa hoc Judicium nullitatis diligenter observandum, quod cum pleræque nullitates ex scrupulosa quadam „ Juris dispositione procedant, & magis de apicibus Juris sint „ quam æquitatis rationem aliquam, aut magnam habeant, „ æquus & cordatus Judex non debeat esse nimis delicatus & „ scrupulosus in observatione Juris, & legum, quæ anxias quædam subtilitates & solemnitates inducunt, & sic nimium „ facilis in attendendis nullitatibus, ne, dum Juris apices studiosè nimis consecratur, umbram amplexus, veritatem amittat, & differendo lites, se multitudine litium obruat, Rempublicam turbet, & partes litigantes inutilibus sumptibus exhauriat, dabit itaque operam, ut æquitatis quam Juris sit „ amantior, juxta *l. placuit. 8. Cod. de Judic.* & magis merita „ causæ attendat, quam ut omnes legum subtilitates rimetur, „ anne aliqua in parte in processu erratum sit, ordinem invertendo, aut omitiendo, mutando, vel addendo &c. & paulo „ post: Hinc licet tradant Interpretes Juris, quod sententia quæ „ est ipso jure nulla, non possit reformari per Judicem appellationis, sed debeat tantum pronunciari nulla, ut refert Mynsing. *centur. 1. observat. 27. in princ.* attamen in Camera si „ de meritis causæ ex actis constare possit, scrupulose nullitas commissa in Processibus priorum Instantiarum non attenditur, sed ut sumptibus parcatur, causæ merita, & ipsa „ veritas magis quam solemnità juris considerantur, Mynsing.



„ *dict. observat. 27. in fine, & centur. 4. observat. 62. cujus tres*  
 „ *fallentias vide apud eundem centur. 5. observat. 93. num. 2.*  
 „ *3. 4. & 5. & sic ob nullitates, nisi causæ principaliter repa-*  
 „ *rabile damnum inferant, processus priorum Instantiarum à*  
 „ *Camera non rejiciuntur, verum ex iisdem causæ decisio erui-*  
 „ *tur, Ordinat. part. 3. tit. 34. (Concept. tit. 40.) §. 1. vers. Und so*  
 „ *der Cammer Richter/ und Besizer solche angezogene Nicht-*  
 „ *tigkeit nicht dergestalt erfunden/das dardurch der Parthey*  
 „ *in der Haupt-Sach ein unwiederbringlich Unrecht gesche-*  
 „ *he/solten dieselbige vorige Proceß anderer Unförmlichkeit*  
 „ *halber nicht verworffen / sondern darauf in der Haupt-*  
 „ *Sachen erkannt werden was Recht ist.*

- (7) *Vide Scac. de Appellation. quæst. 11. num. 125. seqq. Altimar.*  
*de Nullitat. Sentent. rubr. 1. quæst. 25. 26. Wurmser lib. 1. tit. 24.*  
*observat. 33. Hiltrop. Process. part. 4. tit. 17. num. 33. seq. Mev.*  
*part. 3. decis. 89. & decis. 232. Lyncker. gravam. extrajud. cap. 8.*  
*§. 41. num. 5.*
- (8) *Quam etiam commendat Mev. dict. loc. & Scac. dict. loc. num.*  
*134. Wurmser. dict. observat. 33.*

## OBSERVATIO XXXV.

*De exemptione Personarum Cameralium à*  
*Jurisdictione urbana. Ubi etiam de Consti-*  
*liariis Principum.*

**E**Xemptio Personarum Cameralium omnium (1) &  
 totius Familix à Jurisdictione Magistratus Civita-  
 tis, in qua Judicium Camerae sedem habet, fundata est  
 in *Ordinat. part. 1. tit. 63. princip. juncto Recess. Im-*  
*per. Anno 1654. §. Hingegen aber c. 141. (2) Quæ*  
 exemptio etiam Jure communi convenit. Nam quilibet  
 Con-



Consiliarius vel Officialis Principis, licet in civitate municipali domicilium habeat, Jurisdictioni tamen Magistratus non subjicitur (3) licet ædes proprias adquisiverit & possideat, quia censetur adquisivisse pro commoditate officii & necessitate. Hinc sequitur, quod nullus officialis, multo minus persona Camera-  
lis stricte hic dicta, Statutis Civitatis, in qua domicilium habet, teneatur. (4) Sed in omnibus negotiis Officiales Principis vivunt Jure communi Provinciæ; Camerales vero personæ Jure communi Imperii. Prædia vero urbana vel rustica sub Jurisdictione municipali vel urbana sita à Jurisdictione civitatis regulariter non sunt exempta, salvis tamen pactis vel moribus continuo usu probatis. (5)

De criminali Jurisdictione notandum, quod Magistratui urbano permessa sit quidem delinquentis apprehensio, sed denuncianda illico Directorio Camera-  
li, & delinquens postulante Camera extradendus. Neque alius est Judex quam ipsa Camera, Magistratus vero requisitus sententiæ executor. (6)

(1) Personæ Camerales dicuntur *vel* significatu latiore, ut etiam comprehendantur ii, qui sollicitandarum causarum gratia in loco versantur, nec non Studiosi praxeos forensis discendæ gratia hic commorantes, porro, qui sunt domestici. *Vel* appellatione strictiore, qua veniunt tantum personæ Judicis, Præfidum & Assessorum, nec non Advocatorum & Procuratorum non exclusis Personis Cancellariæ, cum universa horum Familia, Uxoribus vel Viduis, Liberis etiam & omnibus domesti-  
cis,



cis, quamdiu hi sunt in ministerio vel famulitio. *Vel* denique strictissime intelliguntur tantum personæ in Officio Camerali constitutæ, non comprehensa Familia. De ultima acceptione hic non est sermo, ubi agitur de exemptione. Eximuntur enim à Jurisdictione urbana Personæ Camerales non tantum strictissime sic dictæ, sed etiam in latiori acceptione, ita ut actione personali nullus ex omnibus Jurisdictioni civitatis subsit, *Commentat. nostra Systemat. sect. 1. §. 2. num. 10. seqq. Deckher. in Vindic. tit. 22. num. 2. & tit. 26. num. 3. seqq.* Alia est quaestio de libertate à vectigalibus aliisque commodis publicis, hæc enim Personis Cameralibus in latissima significatione non debetur.

- (2) *In Recessu Imper. dicto loco.* verba: So lang sie ihr Häußlich Anwesen bey und am Cammer / Gericht haben / ohne verrückten Stand halten / und sich der Orten nicht in die Bürgerschaft verheyrathen / oder sonst unter eine andere Jurisdiction begeben. *Sphus sequens 142.* Wegen der Cameral-Kinder die ihr eigen Häuß / Wesen anstellen / indicat controverfam fuisse olim Spiræ hanc quaestionem neque adhuc decisam, de qua videatur Speidel. *in Notabil. verb. Cammer / Gericht.* Deckher. *in Vindic. tit. 26. num. 3.* Quid ergo, si v. gr. Filius Assessoris domicilium officii gratia alibi constituerit, postea relicto officio in locum Camerae redierit: Vel filia marito elocata, hujusque domicilium secuta, eo defuncto ad pristinos lares redierit? Deckherrus *dit. tit. 22. num. 4.* Exemptionem & Privilegium omne per mutationem domicilii semel factam cessare in perpetuum scripsit. Nobis videtur adhibenda esse distinctio: An reditus acciderit parentibus vivis, an vero post eorum mortem. Cum enim Jure communi, quo utuntur Camerales, patria potestas non sit soluta neque per officium quodlibet, neque per matrimonium; Poterit haud dubie filius vel filia ad patrem reduces, Jure immunitatis frui. Sic etiam apud matrem viduam Jure familiaritatis vivere, vel apud Cognatos, Camerali exemptione alias gaudentes.

Aliud



Aliud dicendum, si parentibus vel vivis vel defunctis liberi re-  
versi in loco Camerali separatam instituere velint æconomi-  
am. Rari tamen hi sunt casus, & existere potest facile alia ra-  
tio fori privilegiati, si vel ob hæreditatem, vel alias contro-  
versias in Foro Camerali tractandas, ibidem commorandi ne-  
cessitatem habeant. De Personis in numerum Advocatorum  
Camera receptis, si quis functionem aliam & in alio loco sus-  
ceperit, Juramentoque sese obstrixerit, quæritur an in Advo-  
catorum Cameralium numero sit habendus? Responsionem  
cape ex Deckher. in Relection. Vindiciar. ad tit. 22. num. 4.  
ubi ait, styli esse recepti, Advocatos & Procuratores, si officia  
apud externos susceperint, neque solennis decensque resigna-  
tio facta fuerit, lapso anni spatio statum dignitatem & immu-  
nitatem Cameralem amississe.

- (3) Struv. Syntagm. Jur. Civil. exerc. 9. thes. 25. & 38. Mev. ad  
Jus Lubec. quæst. 3. prælim. lib. 1. tit. 2. artic. 2. num. 34. seqq.  
idem part. 3. decis. 404. Heig. part. 2. quæst. 25. Cothmannus  
consil. 21. num. 105. & seqq. volum. 1. ut autem Consiliarius  
Aulicus vel Officialis exemptione à Jurisdictione municipali  
frui possit, requiritur officium, hujusque exercitium in illo  
loco; Nam si officium alibi exerceretur quam ubi habet ali-  
quis domicilium, exemptione frui non poterit. Hinc Ministri  
Principum, qui vocantur Râthe von Haus aus / ab ordina-  
ria Jurisdictione domicilii non sunt exempti, nisi hoc fiat ex  
speciali privilegio in civitate quadam municipali ejusdem Prin-  
cipis. Aulicus enim in loco, ubi Aula non est, nec officio  
Aulico fungitur, exemptione frui non potest, Mev. ad Jus Lub.  
dict. quæst. 3. prælim. num. 47. vide etiam Carpzov. Process.  
tit. 3. artic. 4. num. 76. Quid dicendum de Consiliariis Prin-  
cipum in Urbibus Imperialibus constanter degentibus ad ne-  
gotia nonnulla ipsis commissa expedienda, vulgo Residentibus?  
Diversam esse Residentium conditionem, Juraque omnium  
non æqualia, publicè constat. Est etiam distinctio eorum, qui  
in Aulis Potentum versantur, ab iis, qui in Urbibus Imperia-  
libus



libus vivunt. Quando de exemptione & Privilegiis agitur, ex formula receptionis cujusque Residentis res judicari debet. Pacta cum Civitatibus vel diuturni mores erunt respiciendi, vide quæ post Kulpis. *tractat. de Legation. cap. 1. §. 10. seqq. & cap. 21. §. 13. seqq.* commentatus est Petrus Müllerus *dissertatione peculiari de Residentibus cap. 6. §. 4. & 8.* Quodsi ex civium ordine aliquis nomen atque officium Residentis adquisiverit, & propterea exemptione frui velit, pati debet, si Magistratui visum fuerit, Jus Civitatis ipsi renunciare.

- (4) Qui enim conveniri nequit in foro civitatis, etiam Statutis non obligatur, *Mev. ad Jus Lubec. dict. quæst. prælim. 3.*
- (5) In Camera recepto stylo etiam actio realis ædificia respiciens, contra Personas Camerales instituta, non in foro civitatis sed in Judicio Camerali tractatur & deciditur, vid. *Deckher. Vindic. tit. 26. num. 11.* De Pactis cum Civitate Spirensi videfis *Ordinat. Camer. part. 1. tit. 63. §. 1.* Quæ in receptione Camerae cum Civitate Wetzlariensi fuerunt tractata & placita, leguntur in *Histor. Sustentat. Camer. pag. 689. seqq.* Ex quibus ad hunc locum excerpere & Observationibus hisce in fine subjungere aliqua visum fuit.

## OBSERVATIO XXXVI.

### *De vi & potestate Saisinæ Leodiensis.*

**A**D perfequendum Jura hypothecaria apud Leodientes promptum est remedium executionis, & possessorium cum petitorio mixtum, mediante *Saisinia*. Dicitur Saisinia à Gallico verbo *Saisir*, quod denotat rei alicujus occupationem. Similitudinem aliquam habet Saisinia cum processu Arresti in Germania usitato, quo pignus Prætorium acquiritur. Pinguorem tamen habet effectum debitæ requisitis munita



nita Saisinia, quia non possessionem solum, sed etiam dominium transfert in actorem, revocabile tamen per luitionem. (1) Actio ad persequendam hypothecam est quasi *Serviana*, cum qua concurrere potest impetratio Officii Judicis ex *Interdicto Salviano*. Ad modum persequendi pertinet *Saisinia*; Modus enim Jus suum persequendi nomen actionis non mutat. Hinc qui Mandatum de immittendo in hypothecam S. C. impetrat, non eo minus ex *Interdicto Salviano* agit. Via Mandati executiva pertinet ad modum, non ad actionem ipsam. Eadem ratio est *Saisiniæ*. Qui persequitur hypothecam in Creditorum concursu, eo ipso etiam agit de prælatione. (2) Concursum excitare licet non solum debitori ipsi, sed etiam uni creditorum adversus alios; (3) Idque vel interveniendo, vel actione separata. (4) Licet enim à sua possessione creditor possidens non excludatur, (5) actionem tamen præferentiæ impedire nequit, licet auctoritate Judicis fuerit immissus, & debitoris res ei adjudicata. (6) In *Saisinia* valet Jus prioritatis, perinde ut in arresto. (7) Non tollitur nisi per luitionem sive præstationem ejus quod debetur. Quæ luitio etiam fieri potest à creditore posteriore, sed sine beneficio prærogativæ crediti, etiamsi Jura prioris creditoris secundo fuerint cessa, adeo, ut qui luit, surrogationis Jure in locum ejus à quo luit, si intermedii sint in ordine creditores alii, gaudere nequeat. Quod tamen Jure *Leodienfi* specialiter recep-



tum. (8) Alibi cum temperamento temporis erit intelligendum, an uno actu an diversis & luitio & cessio fuerint celebratæ. (9) Cautela ergo erit luentibus Saisiniam observanda ad exemplum fidejussoris, qui creditori solvens, negligensque beneficium cedendarum actionum, postea eo frustra utetur. (10)

- (1) Definitionem Saisiniæ tradit celeberrimus Juris Leod. interpres Carolus de Mean. *observat. 134. princ. Saisinia est Decretum Judicis territorii, actionem hypothecariam in Judicium deductam subsequens, quo dominium bonorum immobilium debitoris, hypothecæ obligatorum, creditori addicitur, ita tamen, ut irritum sit & inefficax, si ulterior executio, solemnibus & recepta stylo Leodiensi formula, decretæ Saisiniæ Jus non impleat. Et in *observat. seqq.* omnem rationem Saisiniarum pluribus explicat, vid. in primis *observat. 141. 145.**
- (2) Hamel. *de Action. cap. 20. num. 18. ampliatur. 9. quæ est num. 58.* Si de tacita hypotheca agitur, sciendum est, non omnes Jure communi datas, Jure Leodiensi esse receptas, vid. Mean. *observat. 162. 163.*
- (3) Brunneman. *de Concurſu Creditor. cap. 1. §. 1. num. 2.*
- (4) Idem *diſt. loc. cap. 2. §. 6.* ubi Stryck. *in Notis.*
- (5) Mean. *observat. 246. num. 3.*
- (6) Stryck. ad Brunneman. *diſt. §. 6.*
- (7) Mean. *observat. 137. num. 4.*
- (8) Mean. *observat. 157. junctâ observat. 246. 247. 161.* ubi de titulo ad luitionem faciendam habili.
- (9) Capyc. *Latro decis. 16.* Carleval. *de Judic. part. 2. disputat. 35. num. 39.*
- (10) Hering. *de Fidejussor.* Neque enim præsumptioni illi voluntatis cedendi, quam Arias de Mesa *lib. 1. resolut. 22. num. 15.* intelligi debere existimat, tuto fidendum putarem.

OBSER-



OBSERVATIO XXXVII.

*Vulnerata per Sententiam provisionalem in summariissimo possessorio causa restitutio, per sententiam definitivam in petitorio, à tertijs personis instituto, ob eandem vincendi rationem.*

Occupaverat *Sulpicius Galba* & *Aurelius Cotta* opulentissimæ hæreditatis *Drusilliana* possessionem fiduciariam sive momentaneam & provisionalem, auctoritate quidem & favore Judicis, sed absque cautione idonea. Nitebantur testamento aliquo *Drusilla*, in quo vocati erant *proximiores* generaliter, cum reservatione nominationis personæ specialis. Securi itaque restitutionis faciendæ olim *Neratio* cum omni causa (hic in schedula testatricis posteriore, relativa ad testamentum præcedens, vocatus erat nominatim, eratque *Frater*, & tempore mortis *Drusilla* absque dubio solus proximior hæres, etiam ab intestato) rebus hæreditariis tanquam suis & liberaliter satis abutebantur. Injecerant etiam manus bonis hæredis à marito *Drusilla* instituti (*Curioni* erat huic nomen) ad hæreditatem uxorem non spectantibus, qui *Curio* utriusque massæ non divisæ erat possessor. Erant hæredes à *Neratio* scripti *Flaminius* & *Cluentius*, erat legatarius *Horatius*. Hi cum *Curione* paciscuntur ita, ut celsâ *Curioni* omni hæreditate *Drusilla*, hæredibus à *Curione* præstaretur summa satis considerabilis, nec non ut satisfaceret *Horatio*



*tio* legatario. Et quidem cum hypotheca bonorum omnium generali, pactoque executivo. Cum deinde per adversam fortunam *Curionis* obtinendi ab eo quæ promiserat via non pateret, consilium cœperunt dicti hæredes, quibus etiam adjunxerat se *Horatius* legatarius, experiundi contra *Galbam* & *Cottam* hæreditatis *Drusilliana* partisque insignis reliquorum bonorum *Curionis* detentores. Instituta ergo hypothecaria actione, non juvabantur Rei sententiâ præcedente Judicis provisionali, sed evincebant Actores possessionis prærogativam. In executione vero deprehendebatur bona à detentoribus esse dissipata. Difficilis ergo existebat hæredum & legatarii conditio; Usque dum ab adversitatibus paulatim respirante *Curione*, contra ipsum peteretur rei judicatæ executio. Hic vero vim sententiæ adversus detentores *Galbam* & *Cottam* latæ, quod ad ipsius utilitatem faceret, vel non capiens, vel solutionem ex facultatibus propriis quæ supererant, defugiens, causabatur à possessione hæreditatis *Drusilliana* se exclusum facto Judicis, promissionem vero suam habere conditionem tacitam, si & possessione frueretur. Diuturnam vero superesse litem ad removendam sententiam provisionalem ad executionem plus ultra perductam, & vulneratæ causæ remedium salutare obtinendum.

Hac controversia in consultationem deductâ, observabatur: Fuisse quidem antea litem *Curioni* cum detentoribus *Galba* & *Cotta*, fundamentum vero Juris hæredi-



reditarii & petendi legati, ejusque nomine adipiscendæ possessionis, non ex sententia provisionali in summarissimo (posita etiam istius sententiæ Justitia quolibet modo probabili) sed ex schedula posteriore *Drusilla* æstimandum esse: Quæstionem prælationis necessario præsupponere schedulæ istius vim & potestatem. Quemadmodum legatum valere nequit, nisi constet ratum esse testamentum, *l. 3. princ. ff. de pignor.* Ita stabilita prælatione, validam censeret etiam nominationem hæredis à detentoribus impugnatam: Decisionem hanc tollere penitus sententiam fiduciariæ possessionis & provisionalem; In quæstione enim de prælatione examinata fuisse Jura petitorii: Provisionalem vero sententiam, qua fiduciaria tribuitur possessio, cum à Judice ipso mutari potuerit, rei judicatæ vim & effectum perpetuum non habere; Proinde contra *Curionem* merito petitam rei judicatæ executionem, cum ipse, qui *Drusilla* hæreditatem possidere vellet, absque malæ fidei nota actoribus sese opponere non posset, &, cum *Flaminio* atque *Cluentio* satisfactum fuisset, liti adversus *Horatium* legatarium sese offerre; Qui cum defensio testamenti ipsi primo incumberet, passus erat agere tertios. (1) Negotium etiam ipsius ab istis contra *Galbam* & *Cottam* gestum esse. (2) Adeo ut novas litis ambages in petitorio ingredi cum detentoribus *Curioni* necessarium non esset, sed vi sententiæ suprà dictæ, res hæreditarias ab iis, omnibusque, qui

ab



ab istis causam haberent, vindicare posset. Neutram partem defendere se posse executione sententiæ inter diversas personas latæ, sive rei inter alios actæ. (3) Alii enim non erant *Galba & Cotta*, sed iidem victi à *Flaminio & Cluentio* associante se his *Horatio*, in prælationis Judicio, adeo ut hæc res judicata prodesse etiam debeat *Curioni*, quia in quæstione testamenti idem Jus, idem cum istis petendi fundamentum haberet contra detentores hæreditatis. Proinde & eidem obesse in tantum, ut legatario possessionem bonorum etiam priorum hypothecæ subjectorum permittere deberet. Eadem erat vincendi ratio, etsi cum *Curione* actio non fuisset. (4) Neque etiam illorum intuitu, qui à *Galba & Cotta* causam habebant, dubium aliquod non erat, acsi exceptione rei judicatæ in possessorio provisionali tueri se possent contra *Curionem*, per l. 63. ff. de re judicat. Horum enim contradictio minime attendenda, cum *Juris ratio non patitur*, (loquor cum *Parladorio rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 4. §. 5. num. 9.*) ut actor tot *Judiciorum dispendia emersus, tantis fori sumptibus, & pragmaticorum tanta morositate fractus, cum jam tandem Victoria frui sperat, spe omni frustratus cum novo rei litigiosa possessore ex integro experiri necesse habeat. Quis tam patiens & plumbeus, qui ad hujusmodi Juris ambages adactus non continuo erumpat in vocem exclamans: Hæc non Juris, quæ boni æquique ars est, sed injuriæ fraudisque esse præcepta.* (1) L. se-



- (1) *L. sæpe. 63. ff. de re judicat. verj. Scientibus. Covarruv. Pract. Bicar. Quæst. cap. 13. num. 7.*
- (2) *L. 29. princ. ff. de inoffic. Testament.*
- (3) *L. 16. in fn. qui pot. in pign. L. 2. Cod. quib. res jud. non noc. cap. 25. X. de Sentent. & re judicat.*
- (4) *Dicta Leg. sæpe. 63. ff. de re judicat. Lyncker. decis. 156. Carpov. decis. 254. & lib. 1. respons. 27. lib. 2. respons. 8. & part. 3. constitut. 6. de fn. 16. Covarruv. Pract. Quæst. cap. 13. num. 5. 7.*

## OBSERVATIO XXXVIII.

*Executio quomodo suscipienda, si in loco domicilii nobilis Jurisdictio sit controversa, inter Comites quosdam Imperii & Collegium Nobilitatis immediata.*

**E**Xorta fuit occasione executionis, in prædii Nobilis cujusdam immediati faciendæ, controversia inter Comites, Dominos Oppidi ubi erant sitæ ædes Nobilis exequendi, & Collegium Nobilitatis. Exemptionem prædicabat Nobilitas à Jurisdictione Comitum: Hi contra, subjectionem territorialem. Exemptio fundabatur in Privilegiis Nobilitatis. Neque vero esse hic Jura territorii, ut ajunt, clausi, nullam probatam vel subjectionem spontaneam vel etiam præscriptionem. Neutram valere contra Privilegia & Jura Imperatoria. Facta, quæ allegabantur à Comitibus, esse turbativa, neque etiam, quod à Comitibus allegabatur, dominium territoriale antiquius ante unionem nobilitatis esse probatum. Cum potius, antequam Circuli Imperii essent

P

CON-



constituti & in iis comprehensi Comites, conjunctio fuerit inter hos & Nobilitatem: Illos deinde ab ea recessisse, vid. *Reichs-Archiv tom. III. von der Ritterschafft sect. 5. 6. 7.* Provincias vero Rhenenses tempore antiquiore non per Comites, sed per missos Regios administratas fuisse. Multo minus probatum esse, quod antiqui dynastæ loci eundem titulo Comitatus possederint, & ad eum bona Nobilium pertinuerint: Inter Vasallum & Landsassium magnam esse differentiam, neque à Jure Vasallagii, si quod esset, ad subjectionem valere consequentiam. His argumentis Nobilitatis propositis, priusquam ea quæ pro Comitum Jure facerent reponerentur, interim in executione peragenda capiendum erat consilium. Quæ, ne per hanc controversiam impediretur, visum fuit seposita quæstione controversa, executionem demandari Collegio Nobilitatis contra Nobilem ex ipsorum ordine, non tamen in oppido & ædibus rei faciendam, sed in loco non controverso, ita ut Reus, contra quem executio esset suscipienda, mediis competentibus à Collegio Nobilitatis ad præstandum judicatum compelleretur.



OBSER-



OBSERVATIO XXXIX.

*Per Mandatarium ad aliud negotium constitutum non acquiritur possessio. Neque hæc Jure communi transfertur ipso Jure. Opus ergo est hæredi scripto remedio adipiscendæ.*

**R**eceptum est in foro (salvis tamen in quibusdam Provinciis moribus & statutis contrariis) axioma, quod rerum hæreditariarum possessio in hæredem absque apprehensione non transferatur. (1) Et absque Mandato speciali hæredis, per Procuratorem hæreditas adiri, possessio apprehendi, illique possessio absque animo possidendi adquiri non potest. Cum itaque testamento instituti hæredis mandatarius ad actum publicationis testamenti tantum esset constitutus, apprehensio possessionis per eum facta fuit ipso Jure nulla, neque Titius hæres, licet postea negotium mandatarii ratihabuisse, possessionem est adeptus re non amplius integra, neque possessione amplius vacua, & in controversiam per hæredes ab intestato deducta. Actus enim refragante Jure suscepti invalida est ratihabitio. Quodsi nonnullis locis possessionem ipso Jure transire ad hæredem vel scriptum vel ab intestato moribus sit receptum, hoc ad alias terras non poterat applicari. Licet etiam ante apertas tabulas hæreditatem adire non prohibeatur hæres, qui se scriptum esse certior est factus; (4) Minime tamen ante apertas tabulas possessionem



fionem apprehendi, vel per alium adquiri Jura patiuntur. Cum ergo in disceptationem venisset, quali remedio hæredi scripto consultum foret, existimabatur recuperandæ possessionis remedio, quo usus erat, locum non esse, sed potius adipiscendæ possessionis ex *l. fin. Cod. de Edicto Div. Hadr. tollendo.*

- (1) *L. cum hæred. ff. de acquirend. possession. Gail. lib. 1. obs. 129. num. 1.*
- (2) *L. 25. l. 29. de acquirend. vel amittend. hæred. l. 3. §. 1. l. 6. eod. tit. Lauterbach. Colleg. Theor. Pract. lib. 29. tit. 2. §. 20.*
- (3) *L. 4. §. 6. de re judicat. Posth. observat. 78. num. 20. 21. Gratian. Disceptat. Forens. cap. 124.*
- (4) *Christinæ lib. 4. decis. 6. decis. 30. 33.*

## OBSERVATIO XL.

*Substitutio vulgaris non præsumitur si ex mente Testatoris colligatur Fideicommissaria. Actio ex l. fin. Cod. de Edict. Div. Hadr. tollend. cedi potest. Et datur actio utilis jure cesso.*

**S** Empronius condito testamento, sororem Titiam una cum liberis ex matrimonio cum Mevio procreatis, hæredes bonorum omnium instituit, addita substitutione verbis: *Daß auf den Todes-Fall meiner Schwester ihre Kinder in gleichen Theilen meine Erben seyen und bleiben sollen / da auch dieser Kinder eins oder mehrere ohne Erben mit Tod abgienge / dessen Theil denen andern überlebenden anfallen und folgen solle.* Defuncto testatore maritus Titia uxorio nomine possessionem



tionem bonorum apprehendit, cumque ille à successore feudali, agnato testatoris, actione conveniretur, & per sententiam ad separationem allodialium à feudali- bus, horumque restitutionem esset condemnatus, appellavit ad Cameram, sed appellationis prosecutionem neglexit. Ex *Mevii* filiabus una *Caja* matrimonio fuit juncta *Antonio*, cui in dotem dabatur prædium ex hæ- reditate *Sempronii* præcipuum; Quod ut pace reli- quorum habere ipsi liceret, conventionibus repetitis, cessionem tandem & renunciationem obtinuit *Anto- nius*. Cum interea *Caja* nullis relictis liberis vitam cum morte commutasset, inter successorem feudi, cui erat consilium cetera bona hæreditaria acquirendi, & ceteros hæredes *Sempronii* conventio facta fuit, priori illi cum *Antonio* valde contraria. Idcirco *Antonii* ter- tii thori relicta Conjux, ex cessionibus filiarum *Mevii* Jus quæsitum sibi in bona esse existimans, tutorio no- mine filii Citationem ad reassumendum litem in Ca- mera Imperiali impetravit, petiitque ex remedio *l. fin. Cod. de Edicto Div. Hadr. tollendo* immissionem in possessionem bonorum à testatore *Sempronio* relicto- rum. Ubi sequentia fuere considerata. *Primo* testato- rem *Sempronium* ordinasse substitutionem non vulga- rem sed Fideicommissariam. Licet enim in dubio sub- stitutio potius præsumatur vulgaris & directa, quam Fideicommissaria, secus tamen se res habet, ubi ex mente testatoris qualicunque modo aliud constat. (I)



Imo sufficiunt quandoque conjecturæ ad inducendum Fideicommissum. (2) *Secundo ex l. fin. Cod. de Edict. Div. Hadr. tollend.* qui in testamento hæres verbis directis scriptus non est, agere nequit. (3) Et licet hoc remedium transmittatur in scripti hæredis hæredes ab intestato venientes, (4) id tamen in casu fideicommissi locum non habet. Substitutio enim fideicommissaria facultatem disponendi & transmissionem ad hæredes ab intestato excludit. (5) Actrici igitur actionem non directam ex *l. fin. C.* sed solummodo utilem ex Jure prætenso cesso competere putabant Domini. Cedi enim posse actiones qualescunque possessorias & petitorias. (6) Quod etiam de extraordinaria fideicommissi universalis perfectione itemque de remedio *l. fin. Cod. de Edict. Div. Hadr. tollend.* statuunt. (7)

- (1) *Mey. part. 7. decis. 16. num. 2. & decis. seq.*  
 (2) *Menoch. lib. 4. præsumt. 67. num. 17.*  
 (3) *Argum. l. fin. verb. si quis ex asse &c. Cod. de Edict. Div. Hadr. tollendo.*  
 (4) *L. ult. Cod. hæred. institut. Menoch. de adipiscend. possession. remed. 4. num. 236.*  
 (5) *Knipschild. de Fideicommiss. l. 11. per tot. l. 69. §. penult. ff. de legat. 2. l. 77. §. 27. de legat. 2. Fufar. de substit. Fideicommiss. quæst. 512 seq.*  
 (6) *Sand. de action. cess. cap. 5. num. 4. in fin.*  
 (7) *Per l. fin. Cod. de hæred. vel action. venditat. Menoch. adipiscend. possession. remed. 4. num. 249. Fufar. de Fideicommissar. substitut. quæst. 524. num. 8. Besold. part. 1. consil. 10. num. 6. Tiraquel. de retractu consang. §. 15. Gloss. 3. num. 19.*

OBSER-



OBSERVATIO XLI.

*Actus à causa qua quis ad gerendum negotium fuit permotus interpretationem recepit.*

**A**ctricis intentio præcipue fundabatur, quod marito in transactionibus cum prioris Conjugis fororibus initis omnia Jura parentum defunctorum relicta fuissent. Stabilita itaque uti dictum, actionis specie, in ejus probatione succedebant considerationes aliæ I. quod esset quæstio de bonis fideicommissariis ad quæ *Antonius* non vocatus, II. in transactionibus prædictis nulla mentio Jurium in universitatem bonorum *Sempronii* facta. III. Conventiones autem & pacta sua natura esse stricti Juris, nec non instrumenta super illis confecta. (1) IV. Verba generalia, quæ in unica tantum specie, ut ajunt, verificari possunt, ad aliam non extendenda. Quod enim quis facile, si modo voluisset, exprimere potuisset, id si non expresserit nec verbo tetigerit, etiam non voluisse censendus est, præcipue, si abunde appareat, quanta sollicitudine in aliis specificè determinandis in eodem instrumento & multo magis in pluribus instrumentis fuerit usus. (2) Accedebat V. quod in instrumento causa cessionis expresse legeretur, quod *Antonius* bona cum omni onere æris alieni & litium suscepisset, quodque ad solvenda debita parentum ex propriis contulisset. Omnis vero actus à causa, qua quis ad gerendum negotium fuit permotus, palmariam interpret-

pre-



pretationem recipit, (3) & in contractibus initium illorum debemus spectare atque occasionem, (4) limitataque causa limitatum producit effectum, VI. cessiones actionum nisi debita accedant requisita, pro inutilibus facile declarantur. (6) Proinde stricte interpretandæ, (7) VII. ex conventionione peculiari eod. die inter partes inita constabat, quod sorores *Caja Jus* in bona *Sempronii* sibi reservaverant. Reservatio vero, quid quantumque alicui concessum sit, declarat. (8) Tandem VIII. ex Actricis propria confessione in transactione cum uno cohæredum diu post pacta nuptialia & præcedentes transactiones inita patebat, daß ob zwar ihrem Ehe, Herrn Seel. das Adeltiche Hauß zu N. cum omnibus pertinentiis tam activis quam passivis angeheyrathet / und davon die übrige Töchter und Geschwister *Mevii* abgefunden / danneroch dieselbe ob testamentum *Sempronii* an denen Güttern Anspruch hätten. His omnibus perpensis actionem non fundatam, & cassandam esse Citationem ad reassumendum Domini censuerunt, conventionem vero cum successore feudali esse firmam, neque cessionem *Antonio* factam obstare. Cessio enim actionis eum effectum non habet, ut re integra h. e. ante denunciata debitori cessionem, cedens cum debitore suo transigere nequeat valide. (9) Ita ut hujus pacti vel transactionis exceptione etiam cessionarius repelli queat. (10)

(1) *L. 27. §. 4. l. 39. t. 57. §. 1. ff. de Pactu. l. 21. Cod. de Transact.*



- atq. Quidquid ergo in ejusmodi pactis verbis non continetur, pro omisso habendum, l. 99. ff. de Verbor. Obligat. Bart. lib. 13. cap. 20. axiom. 1. & seq.
- (2) Per l. 13. §. 1. ff. de Usur. l. 12. ff. de pignorat. action. Bruneman. ad dict. l. 13. num. 3. & 4. ff. dict. tit. Mantica de tacit. & ambig. Convent. Sixtin. in Consil. Marpurgens. volum. 2. consil. 21. num. 52. Gæddeus lib. 4. Consil. Marp. 37. num. 123.
  - (3) Barbosa lib. 1. cap. 25. axiom. 38.
  - (4) L. 8. princ. ff. Mandati. l. 12. ad Scitum Macedonian.
  - (5) L. 16. ff. de acquirend. rer. domin. §. 7. ff. de vacat. muner.
  - (6) Besold. consil. 102. num. 1. Berlich. decis. 32.
  - (7) Grot. de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 16. §. 12. num. 3. Wesenbec. part. 1. consil. 15. num. 6.
  - (8) Mey. part. 4. decis. 78. num. 10. & decis. 79. num. 8. Cravetta part. 2. consil. 214. num. 4.
  - (9) L. fin. de transact. l. 23. §. 1. de hereditat. vel action. vendit. l. 3. Cod. de Novation. Manz. Decis. Palatin. quest. 45. Sando de action. cess. cap. 12. num. 18.
  - (10) Burgund. de Eviction. cap. 11. num. 24. in fin.

## OBSERVATIO XLII.

### *Successor in dignitate Ecclesiastica mala fide Antecessoris oneratur.*

**E**cclésiastica bona & redditus ita affecta dicuntur Ecclesiæ, ut licet dignitas personæ & officii vacet, possessio tamen bonorum & Jurium vacare non censetur. Dignitatis autem & officii possessio incipit ab actu aliquo, per quem ea declaratur. (I) Porro Successor in dignitate & officio, ut in hoc pure manuteneatur contra turbationes, recte, si opus habet, petit, non

Q

non



non vero si quid ab Antecessore adversus consuetudinem antiquam, Jure non adstante, factum fuerit. (2) Nihil enim prodest possessio vitiosa. (3) Vitium possessionis contrahitur maximum ex scientia rerum, quod aliter sese habeant, malam fidem appellant Jcti. Neque jvatur successor, si ignorantiam alleget suam, tenetur enim mala fide Antecessorum. Ergo si successor in dignitate Ecclesiastica, imo & in potestate civili, in Principatu, habeat in Archivo documenta factis & allegationibus suis contraria, frustra petet manutentionem, obstante ipsi mala fide Antecessorum. (4)

(1) *Posth. de manuten. observat. 55.*

(2) *Idem observat. 42. num. 78.*

(3) *Menoch. recuperand. possession. remed. 15. num. 591. & 608. Gratian. disceptat. forens. cap. 78. 44. & in opere hoc passim.*

(4) *Rocca disputat. 149. num. 41. Barbof. rubr. Cod. de prescript. Gallus de Fructibus disputat. 11. artic. 2. num. 20. Gratian. cap. 399. num. 27. cap. 441. num. 6. & 405. num. 14. Card. de Luca de Dote discurs. 29. num. 10. de credit. discurs. 117. num. 5. Urceol. de transact. quæst. 79. num. 33. adde *Posth. observat. 71. num. 2.**

### OBSERVATIO XLIII.

*Appellatio admittitur à sententiâ per quam  
rejiuntur Exceptiones in ordine anteriorem  
cognitionem requirentes.*

**A** Sententiâ, quæ rejecit exceptiones peremptorias, quæ sua natura & ordine anteriorem cognitionem exigunt, tanquam altioris indaginis, recte appellatur. (I)

Non



Non obstante, quod Judex possessorium prætenſum prius definire voluerit, nam si peremptoriæ exceptiones probari potuerint via breviorè, à Judice præteriri tanto minus debebant, quanto certius est, quod causa proprietatis trahat ad se causam possessionis. (2) In Judicio possessorio hoc etiam observatione dignum est, quod, si Judex ultra possessionem corporis vel Jurium sententiam ad restitutionem quoque fructuum, expensarum, vel ejus quod interest direxerit, appellatio detur quoad effectum utrumque, devolutivum & suspensivum. Quia gravamen in Judicio de proprietate reparari difficulter potest. (3) Generale est axioma Jctorum, sola possessione neminem defendi, cum alter de suo Jure potiori docuerit. (4) Unica exceptio forte est in processu Mandati ex constitutione de Pignorationibus, qua de re alibi.

- (1) Gratian. cap. 160. num. 1. Altimar. de Nullitat. Sentent. part. 2. rubr. 13. quæst. 327. num. 19. 20.
- (2) Altimar. dict. rubr. 13. quæst. 325. num. 17. seqq. & part. 1. rubr. 4. quæst. 76. num. 57. 58. ubi prolixè deducit, quod manutentio à titulo dependens non concedatur justè, nisi de justitia tituli Judex cognoverit, ob mixtam causam possessionis & proprietatis.
- (3) Altimar. dict. quæst. 76. num. 59. 60.
- (4) Knichen. de Jure Territor. cap. 5. num. 27. Afflict. decis. 183. num. 4. vers. secus &c. Menoch. recuperand. possession. remed. 15. num. 367.



## OBSERVATIO XLIV.

*Judex conjungendo cognitionem petitorii cum possessorio, recte facit & pronunciat.*

**M**Elius possessoria actione in prima Instantia egerat: Reus excipiendo titulos suæ possessionis allegaverat: Judex in possessorio non pronunciavit sed in petitorio, absolvendo Reum ab omni actione. Appellavit actor ideo quod sententia non esset conformis libello. Non videbatur esse gravamen sufficiens, quia si Judex continentiam petitorii cum possessorio divisisset, alteri intulisset gravamen maximum contra *l. 20. Cod. de Judiciis. (1)*

(1) Vid. Carpzov. *decif. 215. & lib. 1. respons. 74. Bergerus in Elect. disceptat. forens. pag. 359. Card. de Luca de Jurisdic. disc. 74.*

## OBSERVATIO XLV.

*Inutile non est Instrumentum Notarii quod testatur de apprehensa à se pro alio, vi Mandati, possessione.*

**N**otariorum officium est, ut testentur de actu aliorum coram se gesto testibus præsentibus. (1) Subscriptio tamen testium ad integritatem Instrumenti non requiritur. (2) Quid ergo, si Notarius de apprehensa à se Mandatario nomine possessione testetur in Instrumento? Resp. apprehensionem possessionis per Mandatarium fieri posse, ita ut Mandanti adquiratur.



tur. (3) Notario autem accepto Mandato fungi licet, ejusque testimonio de facto apprehensionis fides habebitur perinde ut fit in actu insinuationis cujuscunque à se factæ. Neque propterea actus apprehensæ possessionis erit vitiosus.

- (1) *Ordinat. Notarior. Anno 1512. Carpzov. lib. 3. constit. 3. definit. 37. num. 3. Anton. Faber lib. 6. C. tit. 5. def. 10. num. 7.*
- (2) *Lauterbach. Colleg. Pract. tit. de fide Instrumentor. §. 41. Mindan. de Mandatis lib. 2. cap. 69. num. 28.*
- (3) *L. 42. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. possess. Schneidewin. ad §. possidere. Institut. de Interdict. Cludius rer. quotidian. cap. 6. num. 98. Surd. consil. 117. num. 2.*

## OBSERVATIO XLVI.

### *Æstimatio census redimibilis & perpetui.*

**M**agna est differentia census ejus qui redimi potest à debitore, ab eo qui non potest. Census, quem debitor forte numerata redimere potest, non æstimatur tanti, quanti est census perpetuus, etiam Jure divino vide *Levit. 25. versu 16.* hinc redimibilis 5. Florenorum venditur pro summa 700. Non redimibilis vero pro 130. vel etiam 100. (I)

- (1) *Error calami notandus est in Frid. Martini Jcti Friburg. tractatu de Jure Censuum Colon. Anno 1660. cap. 6. num. 207. part. 182. ubi inversa legitur Thesis.*



## OBSERVATIO XLVII.

*Contractus & qualiscunque Conventio à minore celebratus coram Judice, nullitate non laborat. Neque etiam si Jusjurandum accesserit.*

**C**ontractus, transactio & qualiscunque conventio celebrata præsentè Judice, vel ejus Commissario, vel amicis transigentium rerum peritis, exceptionem nullitatis vel læsionis excludit, (1) adeo ut etiam à minore celebratus non possit dici nullus. (2) Multo minus si accesserit Juramentum. (3) Est ergo fundata & litis ingressum impediens exceptio adversus actionem rescissoriam.

- (1) *Cap. in præsentia. X. de renunciat. Gail. lib. 2. observat. 1. num. 9. seqq. Altorfini Jcti respons. 120.*  
 (2) *Cavalcan. de Tutor. & Curator. num. 76. usque 141.*  
 (3) *Per l. 1. & Authent. Sacramenta puberum. Cod. si adversus vendition. Setser. de Jurament. lib. 1. cap. 11. num. 1. seq. Covarruv. in cap. quamvis. de Pactis. in 6to. part. 3. §. 4. num. 11.*

## OBSERVATIO XLVIII.

*Juramentum Calumniæ speciale delatum, in omni causæ controversæ articulo præstandum est. Etiam in Judicio manutentionis.*

**J**uramentum Calumniæ si exactum non præstetur, processus irritus redditur. (1) Non solum in causa principali, sed etiam quolibet controverso articulo.

Neque



Neque is à quo postulatur recusare potest, nisi perdere litem velit. (2) Contrariam opinionem Posthii *de manut. observat. 81.* in Judicio manutentionis, cum ait, manutentionem furi etiam dari & latroni, imo & violento possessori, deferendam potius quam in foro sequendam putarem. Nam Juramentum Calumniæ præstandum hoc tenore, quod qui jurat, credat causam suam esse justam & cavenda Nominis divini profanatio. Judex vero, cum malæ fidei possessionem non præsumat, non errabit, si cujusque conscientiam hanc relinquat, donec melius fuerit informatus. Idem *Posthii* monet, remedia possessoria conscientiam sæpe onerare. Advocatos vero in iis defendendis cautos esse debere, & cognita calumnia litem institutam deferere. Rara tamen est hujus moniti praxis.

- (1) Scaccia *de Judic. lib. 2. cap. 1. quæst. 18. num. 141.*  
(2) Klock. *Relat. Camer. 15. num. 7. — 11. & Relat. 57. num. 20. 21.*  
Brunneman. *Process. Civil. cap. 15. num. 5. & 14. Altimar. de Nullitat. Sentent. part. 2. rubr. 13. quæst. 313. num. 5.*

## OBSERVATIO XLIX.

*Quomodo dicatur Sententia absque causæ cognitione lata, & ideo nulla.*

**S**ententia sine causæ cognitione lata ipso jure est nulla, (I) omissa vero cenletur cognitio, si negotii, nec veritas, nec justitia, & nihil eorum, quæ ad intentionem actoris & defensionem rei pertinent, examinatur.



tur. (2) Non enim ad solennitatem tantum Judicii, sed naturalis justitiæ conservationem requiritur causæ cognitio. Quæ ex modico tempore, pro qualitate causæ, omissa censebitur. (3) Male ergo Judex exceptiones, quæ causæ cognitionem exigunt, ad petitorium rejiciet. Causæ cognitio enim actum præcedere, non sequi debet. Magna enim hæc foret præposteratio. Unde docent Jcti, majus esse vitium à neglecto ordine, quam si in ipsa causâ male sit judicatum, (4) etiamsi postea appareat, quod sententia, si non esset lata, ita ferenda fuisset. (5)

(1) *L. 7. Cod. de Sentent. & Interlocut.*

(2) *L. 9. Cod. de Judic. Mey. part. 7. decis. 292. num. 1.*

(3) *Benitendis. decis. 2.*

(4) *Altimar. de Nullitat. Sentent. part. 2. rubr. 13. quest. 311. num. 1.*

(5) *Idem quest. 314. num. 4.*

## OBSERVATIO L.

*Appellatio à Sententia in possessorio externa specie lata, cum tamen faciat præjudicium petitorio, non impeditur per Privilegium.*

**P**rivilegium de non appellando à Decretis in summarissimo possessorio latis non impedit appellationem, si sententia præ se ferat summarissimum, cum tamen sit ipsum petitorium. Privilegia ita interpretanda, ut quam minime lædant Jus commune. (I) Jure com-



communi vero admittitur etiam appellatio à sententia meri possessorii, quando de injustitia sententiæ ex actis constitit. (2) Et admittetur tunc appellatio non solum ad effectum devolutivum, sed etiam suspensivum. (3) Ita & in possessorio iudicio datur appellatio ab inordinato processu. (4) Peccat autem contra ordinem Juris, Judex si in iuribus non probatis actorem manutenere aut coram alio Iudice pendens petitorium, in possessorium mutare velit. (5)

- (1) *Cap. 7. 10. X. de Privileg. Cyriac. controvers. 687. num. 29. seq. Cacheran. dec. 23. num. 14. & 227. num. 7. & cons. 12. num. 96.*
- (2) *Altimar. part. 1. rubr. 5. quæst. 76. num. 45. Lancelot. de Attentat. part. 2. cap. 12. limitat. 25. num. 15. Gratian. decis. 9. num. 2. Joan. Ferrar. Montan. de Appellation. lib. 1. cap. 5. column. 2. vers. idem receptum.*
- (3) *Altimar. dict. quæst. 76. num. 50.*
- (4) *Idem num. 53. 54.*
- (5) *Vid. Klock. Relat. Camer. 15. num. 52.*

## OBSERVATIO LI.

*Prohibitio de non solvendo reditum consuetum pro simplici spolio reputatur. Quando Jurisdictio Camera fundari possit ob prohibitionem talem.*

**D**ifferentiam spoli violenti & simplicis i. e. absque violentia statuit *Concept. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 8. von schlechten Spolien die nicht Land- Fried- brüchig.* Et est imprimis notabilis ratione Jurisdictionis Camerae, in prima Instantia, inter personas immediatas non

R

fun-



fundatæ. Prohibitio simplex de non amplius solvendo, cui præfectus obsequium præstitit, pro simplici spolio haud dubie habebitur. Quodsi tamen pactum præcesserit, quod altera pars contrario præcepto violare voluerit, poterit ex alio fundamento fundari Jurisdictio Cameræ, tanquam ex facto cui Jus resistit.

### OBSERVATIO LII.

*Summa Revisionis in redditibus annuis  
quomodo computanda.*

**A**D Revisionem interponendam requiritur Summa fortis 2000. Imperial. non computatis usuris, *Recess. Imper. 1654. §. 127.* Si quæstio est de redditibus annuis, proportio debet esse ad Summam appellationis 16. Imperial. §. 112. *ibid.* sicuti ergo 400. Imperial. Summæ appellabilis ad 16. Imperial. reddituum, ita summa revisibilis 2000. ad 80. Imperial. reddituum. Summa, quæ est inferior, remedium Revisionis non admittit. Ita conclusum in causa W. nunc F. contra H. 16. Oct. 1722.

### OBSERVATIO LIII.

*Jurisdictio Cameræ in causis Ecclesiasticis  
proprie sic dictis, non fundata.*

**D**E Jurisdictione Cameræ in causis Ecclesiasticis Protestantium non fundata, si scil. proprie sit Ecclesiastica causa, notabile est exemplum in causa Schmidt



contra Inspectores Ecclesiæ in Delmenhorst. Consistorium Ecclesiasticum Hannoveranum publicaverat Sententiam definitivam in causa decimarum Clericalium in petitorio ; Appellationis Processus à parte succumbente petiti ob qualitatem causæ unanimibus Votis denegati fuere 30. Septembr. 1722. (I) Vicissim causas in Judiciis Ecclesiasticis Roman. Catholicorum ventilatas Camera Imper. non recipit, & receptas forte per errorem, mox remittit ad Judicium priorem. Sic in causa *Varlar* contra *Rave*, Citationis ad videndum annullari sententias in causa civili à Judice Ecclesiastico latas, ex actis patebat esse quæstionem de donatione, actionem vero personalem contra Clericum. Hinc per sententiam cassata Citatio, & absolvebatur reus ab actione in Camera instituta 17. Julii 1727.

- (1) Comitatus Delmenhorstianus una cum Oldenburgico Regi Dania subjectus, hodie Serenissimo Electori Brunsvicensi paret, non tanquam pars Electoratus, sed Jure singulari. Unde & in causis Delmenhorstianis perinde ut in Lauenburgicis Appellationes ad Cameraam deferuntur.

## OBSERVATIO LIV.

*Inutiliter Supplicationes in Camera exhibentur pro Mandato de concedenda Revisione secunda, in causis non appellabilibus.*

**I**N Summa per Privilegium ad Cameraam non appellabili vicerat appellans coram Officiali Leodiensi. Reformavit vero Judicium Revisorium sententiam. Victus



secundam petens Revisionem repulsam tulit. Hinc ad Camera[m] provocat, petens confirmari sententiam Officialis. Rejecta fuit petitio etiam in Camera, quia, si fuisset appellabilis summa, debuisset à prima sententia Revisorii ab adversario impetrati ad Judicium supremum Imperii confugere. Pro qualitate summæ autem Judicium Revisorium fuit supremum. In supremo vero Judicio non datur Revisionis Revisio. Quod contra Banderum demonstrat Coccejus, Hertius, Textor, allegati in *Commentat. Systemat. sect. 2. §. 7. num. 12. pag. 330.* Frequenter consulunt Advocati clientibus suis, ut Camerale Judicium pro Mandato de concedenda secunda Revisione obtinendo implorent. Neque sic fundari poterit Camerae Jurisdictio, quia petita Revisio Revisionis à Judice, qui in ordine suo est supremus, non datur. Camera vero id quod Jura non concedunt, largiri nequit. Ita decrevit Cameralis Senatus 4. Sept. 1726. in causa Baexen contra Burscheid, & alias sæpius.

## OBSERVATIO LV.

*Varii effectus qualitatis causæ vel individuae vel dividuae.*

**L** Is fuit in Camera Imperiali de summa pecuniæ aliquot millium Imperialium à receptore quodam restituendæ. Post ejus mortem ejus hæredes erant in vario vitæ genere, Clerici, Monachi, Laici. Hi, litem  
pro-



prosequerentur. Illi vero, fori Privilegio tutos se esse dicebant. Deliberatio ergo fuit de causæ continentia, quam non dividendam esse, Jure quo utimur, constitutum est. Continentia supponit esse causam individuum. Talis quæ sit, an ab objecto, quod naturali modo dividi nequeat, an vero à ratione morali vel civili, & quod sit una eademque inter personas plures de eadem re defensio, *cap. penult. X. de Appellation.* varia est [C]torum doctrina. (2) Adeo ut quid statuum sit, ipsi dubitaverint *Luca* cum allegatis *Latrone & Andreolo*. Quid vero mirum? nam Pontificio Jure, per auctoritatem & principatum Jurisdictionis Ecclesiasticæ, multum confusionis huic rei fuit illatum. Nobis hoc loco continentiam & causarum qualitatem generaliter explicare non est consilium. (3) In Imperiali Camera sæpius observatum meminimus, quod Clerici & Laici ex eadem causa conveniendi, & quidem actione personali, ob rem individuum sive naturaliter sive moraliter vel civili ratione talem, sortiantur forum coram Judice Ecclesiastico. Si vero res sit dividua, scinditur actio pro rata cujusque in foro Civili & Ecclesiastico. In executione si deventum fuerit ad bona communia, rursus Ecclesiasticum Judicem adendum esse volunt. (4) Actio realis si fuerit instituta, haud dubie occupabitur cognitio causæ à Judice rei sitæ, sive hic fuerit Laicus, ut ajunt, sive Ecclesiasticus. In Leodiensi Patria Scabinorum est Jurisdictio or-



dinaria in actionibus realibus, neque hoc forum effugere licebit Clericis, nisi res ipsa sit Ecclesiasticæ Jurisdictioni subiecta. Quid si plures hæredes debitoris sint conveniendi? Si cœptum fuit Judicium cum defuncto, continentia non dividetur. (5) Si nondum cœptum, dividetur actio inter hæredes ipso Jure, active & passive. (6) Sunt autem pro diversitate qualitatis causarum varii effectus in primis notabiles. In dividuis, nisi omnes consortes litem susceperint, quod necessarium non est, acta cum uno alterove consortum reliquis, non officient, sed Jura ipsis erunt integra. Si vero individua sit causa, acta cum aliquibus, non citatis reliquis, non subsistent, totusque corruet processus. (7) Imo licet sententia Judicis contra consortes nominatim sit lata, tamen iis non nocebit, si acta non rati habuerint. (8) Diversa est ratio in *Appellationibus*. Proficit enim appellatio consortis non solum iis, qui non appellarunt, sed etiam qui appellationem deseruerunt, neque amittitur Jus interveniendi. (9) In substrato casu ergo sententiam contra eos tantum ex hæredibus ferre placuit, qui litem susceperant, contra reliquos vero pro rata ad forum competens remitti.

(1) *L. 10. Cod. de Judic. & tit. ff. de quib. reb. ad eundem Judic. catur. & Jure Pontificio, cap. per tuas. de Arbitriis. & cap. fin. de Rescriptis.*

(2) Vide Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *Disceptat. Forens.* cap. 115. & 641.

(3) Absolverunt hanc materiam Jcti, qui Systemata scripserunt  
ad



ad titulos Pandectarum & Codicis. Quibus adde August. Hofmanni tractat. de Jure rerum individuarum, præcipue cap. 5.

- (4) Gratianus *dict.* cap. 115. num. 7.  
 (5) Heefer. *loc. commun. de Acquæst. Conjug. part. 2. loc. 2. num. 34.*  
 (6) *L. 1. Cod. si cert. pctat. l. 6. Cod. famil. heriscund.* vide Hofmann. *de Jur. rer. individuar. cap. 3. sect. 3. aphorism. 4.* nisi qualitas individua causa faciat competentem Judicem superiorem, Heefer. *dict. loc. num. 35. seq.* Exemplum actionis dividua in Scabinatu Jenensi decisa refert Lynckerus *decis. 277.* Individua qualitas fundat Forum Camerale per *Ordinat. part. 2. tit. 9.* Struv. *tit. ff. ex quib. caus. ad eund. Judic. ubi Müllerus in Notis.*  
 (7) Vide Luca ad Gratian. *cap. 641. num. 20.*  
 (8) *Mev. part. 3. decis. 285.*  
 (9) *Mev. part. 8. decis. 105.*

## OBSERVATIO LVI.

### *Comparatio Literarum quando admittatur.*

Comparatio Literarum etiam post sententiam quæ in rem judicatam transit, loco recognitionis aut diffessionis injunctæ, in processu ordinario adhuc recte petitur. Saxonum Jctorum recepta opinione comparatio literarum non aliter admittitur, quam si sententia recognitionem vel diffessionem injungens in rem judicatam nondum iverit. (I)

- (1) Rivinus *Enunciat. pag. 1010. seq.* ita pronunciatum refert: Die Comparatio Literarum kan regulariter nur so dann / wann das Documentum scriptura aliena ist / und auf die Diffession des producirten Documents noch nicht Rechts / kräftig erkannt / statt finden / auffer dem aber und im Fall der Product



duet zur endlichen Diffession per Decretum oder Sententiam zugelassen / und solches Rechts / kräftig worden / er mit dem Judicato sich zu schützen vermag; So möchte auch der Kläger / wann er obangezogenen Abschied in rem judicaram ergehen läset / zur Comparatione Literarum nicht zugelassen werden / noch dadurch den Beklagten von der endlichen Diffession abhalten. Distinguendi tamen sunt casus; Ob Kläger die Recognition oder eydliche Diffession von Beklagtem selbst gesucht / und auf eines von beyden gedungen; Oder ob der Richter ohne des Parts Begehren ex officio auf die Diffession mit erkannt. Priori casu scheint der Kläger über dem modo Probationis mit Gegentheilen gleichsam contrahiret / und sich des remedii Comparationis Literarum begeben zu haben. Hinc contravenire nequit actor conventioni propriae, si ipsemet Documentum submitit diffessionis, eamque acceptavit Reus, Rivin. ad tit. 25. de Recognition, Document, pag. 1910. & seq.

## OBSERVATIO LVII.

*Litis præventio requirit idem litis  
objectum.*

**H**æredes Titii contra Cajam ex testamento Principis Episcopi cujusdam actionem instituentes, fideicommissaria hæreditatis petitione totam ejus hæritatem in Consilio Imperiali Aulico à *Caja* petierunt: Testamento autem pro suppositio declarato, causa ceciderunt. Postea certiores facti, quod Episcopus prædium aliquod titulo emtionis vel permutationis adquisivisset, adjecta conditione, ut hæredes sui hoc prædium à successoribus in feudum recognoscerent, idemque



que prædium familiæ fideicommissi lege esset relictum; Hæredes contra successorem simulque contra *Cajam* in Camera Imperiali Citationem ad videndum se declarari successores feudales, nec non vindicari feudum cum pertinentiis impetrarunt. Opponebatur à Reis exceptio litis in Judicio Aulico coeptæ ac præventæ, quia in hoc Judicio Instrumentum Emtion. Vendit. feudi quæstionis, cui præsens rei vindicatio inniteretur, fuisset productum; universitas bonorum Episcopi, & in ea feudum quæstionis ibi quoque actione petitum: proinde idem litis esset objectum. Cum vero ad hanc exceptionem stabiliendam non solum idem litis objectum sed etiam eadem personæ, idem actionis & fundamentum & finis requiratur, *Mev. part. 3. decis. 90.* in præfenti autem casu non reperiretur neque idem litis objectum, quia in Judicio Aulico universitas bonorum petita, in Camera vero Imperiali solummodo res singularis: neque eadem personæ, quia ibi contra *Cajam* actio instituta, hic vero etiam adversus Dominum feudi: neque idem actionis fundamentum, quia ibi fideicommissaria hæreditatis petitio, hic vero actio personalis & rei vindicatoria erat introducta, ibi ex testamento, hic vero ex Contract. Emt. Vend. inque eo stipulata reservataque successione feudali, & denique diverso fine, cum antea petitum esset ut declarentur hæredes fideicommissarii, jam vero ut declarentur successores feudal. Quib. ex caus. opposita litis præventio rejecta fuit.

S

OBSER-



## OBSERVATIO LVIII.

*Origo formulæ pronunciandi, qua rejiciuntur  
Gravamina tanquam non relevantia. Et  
qualis hodie ejusdem usus.*

**F**ormula pronunciandi in Appellationis causis apud Gail. lib. 1. observat. 128. Sind die vorbrachte Gravamina als erheblich nicht / sondern die Sache von Amts wegen vor beschloffen angenommen ; Darauf allem Vorbringen nach zu Recht erkannt / daß durch Richtern voriger Instanz wohl gesprochen / übel appellirt / daher solche Urtheil zu confirmiren &c. &c. originem traxit à stylo in decernendis Processibus Appellationis olim usitato, cum Supplicantes exhiberent sententiam à qua, cum documento rite interpositæ appellationis, absque libello Gravaminum. Hoc enim ad Processus decernendos sufficebat. Post annorum aliquot spatium Libellus Gravaminum producebatur, sapius non nisi Judicis sententia monitoria præcedente. Producto deinde libello, & ex actis prioribus Gravaminum injustitiâ detecta, sequebatur sententia juxta formulam supra dictam. Recentiori praxi post Recessum Imperii 1654. libellus una cum supplicatione pro processibus exhibendus, & Gravamina per adjuncta demonstranda. His examinatis, si Gravamina speciem habeant, absque ulteriore inquisitione scrupulosa, conceduntur processus. Proinde moderno



derno stylo in decernendis processibus, formula illa pronunciandi convenire semper non potest, sed alia utimur in confirmatoriis sententiis. Sunt tamen casus, ubi prior formula locum habere potest, etiam post decretos cum causæ cognitione processus, ex. gr. si Judex prioris Instantiæ reum ex parte absolvisset, ex parte condemnasset, actor vero gravatus, vel non appellasset vel appellationem deseruisset, reus contra appellationem interpositam esset prosecutus: tum vero actor & appellatus ad acta priora submitiendo, sententiæ confirmationem petuisset. Appellationis Judex, tamen si deprehenderet ex meritis, potuisse in priori Instantia pinguiorem sequi sententiam pro actore, Gravamina vero appellantis rei non concludere ad petita libelli, non dicturus est, Judicem priorem pronunciassse bene, sed simpliciter rejectis Gravaminibus, sententiam priorem confirmabit, cum condemnatione appellantis in expensas. Alios casus docebit praxis.

### OBSERVATIO LIX.

*Ad Remedium Nullitatis ob causas leves frustra confugiunt qui appellationem neglexerunt.*

**S**ententiam si ferat Judex parte non citata, non audita, nulliter agit haud dubie. Non verentur quandoque Advocati hoc allegare ad fundandum processum



nullitatis. Quemadmodum vero à Judice prudente talia non præsumuntur, ita semper fere probatio deficit. Citationes Judicis appellationis in causa communi ad unum appellatorum nominatenus dirigi, ad alterum vero in complexu consortum, stylus fert Judiciorum. Insinuatio etiam si fiat uni ex consortibus, cujus nomen expressum, sufficiens erit. (1) Incongrua ergo fuit allegatio nullitatis, neque in supremo Judicio, licet processus forent decreti ad narrata partis, in judicando attendenda. Accedebat insinuatio facta secundæ Citationis appellatorum utrique. Defectus leviores Judicum inferiorum via ordinaria appellationis facile corrigi possunt. (2) Appellatione neglecta, ad remedium nullitatis principaliter deducendæ in Camera, male confugerunt gravati.

(1) *Altimar. de Nullitat. Sentent. rubr. 11. quest. 258. num. 78. Trentacinq. tit. de Procurator. resolut. 7. 8.*

(2) *Gail. lib. 1. observat. 42. num. 6. observat. 75. num. 6. observat. 54. num. 4. Mev. part. 6. decis. 300. num. 4.*

## OBSERVATIO LX.

*Obscuritas Advocatorum & verbositas in exponendis causarum meritis notatur. Clausula salutaris effectus.*

JUDICIS officium est ad factum propositum administrare Justitiam; Judicem de facto informare clare & distincte, petitaque sua cum rationibus seu fundamentis

men-



mentis proponere partium litigantium est & Advocatorum. Dicitur non potest, quantum ea in re ab Advocatis peccetur, ut Judici perlectis actis & relectis quandoque non pateat, quid litigantes velint, quodnam verum litis objectum, quæ utrinque fundamenta. Merito istiusmodi acta, tanquam libelli inepti, rejiciuntur, & Procuratoribus, ut melius causam instruant, injungitur. Peccatur, inquam, ab Advocatis aliquando per imperitiam vel controversiæ, vel styli sive idiomatis consueti, quandoque etiam per astutiam. In facto Judex supplere non potest nec debet, neque in actionis fundamento, neque in exceptionibus. (1) Quæ ex juris doctrina resultant, Judex recte supplet v. gr. clausula salutari libello addita, qua petitur administratio Justitiæ officio Judicis omni meliori modo. In decidendis causis eligit Judex actionem utiliore facta tamen convenientem. Ita in locum *Interdicti recuperanda possessionis* potest eligere Judex *Interdictum adipiscenda*, si factum huic magis conveniat. *Exceptio præscriptionis* à facto simul & à Jure derivatur, si eam non oppositam animadvertat Judex, recte monebit actorem, ut explicet, quomodo adversus eam tutum se fore existimaverit. Nam in executione opposita omnem rei judicatæ vim everteret, frustranei vero labores, quantum prævideri potest, sunt cavendi.


(1) Andreol. *controvers.* 157. num. 25. Giurba *decis.* 13. num. 6.



## OBSERVATIO LXI.

*Quæ dicantur Executiones altioris indaginis.*

**F**requentissimum est in processibus rejicere exceptiones, quæ dicuntur esse altioris indaginis. Minime vero ejus naturæ existimandæ sunt exceptiones ideo, quod ita videatur parti, sed quæ tales sunt ex probationum difficultate. Quicquid enim probari potest tempore brevioris & moraliter congruo, hoc pro tali, quod sit altioris indaginis, haberi non debet. Sunt autem probationes difficiliores censendæ, quas suscipere vult aliquis per testium examina vel per documenta ex Archivis quærenda. Neque enim Archiva patent cuique, neque sunt ita semper ordinata omnia, ut facilis sit singulorum documentorum evolutio. Vidimus aliqua elegantissime & accuratissime disposita; In aliis, forte plerisque, parva ordinis cura, ornatus nihil. In classe difficiliorum probationum & quæ sunt altioris indaginis, habentur etiam, & merito, artificiales, in quibus per varios Juris anfractus & Jurisconsultorum dissidentes opiniones est decertandum.



OBSER-



## OBSERVATIO LXII.

*Juramentum Tutelare etiam à Tutoribus honorariis præstandum.*

**T**utores vel Curatores Personarum Illustrium immediatarum, in Judicio Imperiali supremo confirmandi, lege Imperii tenentur præstare Juramentum & Cautionem, *Ordinat. Polit. Anno 1577. tit. 32. §. Daß ein jeglicher 2c. 2. & §. Item daß er 2c. 3.* Quæritur de tutore illustri honorario? Ratio dubitandi: Quod istiusmodi Tutori nulla incumbat Administratio. Ratio decid. Quod nihilominus habeat tutor honorarius in ea qualitate observanda, tanquam Inspector, custos, & monitor. Ergo in qualitate honorarii tutoris tenebitur præstare solennia, officio isti congrua, Juramenti & Cautionis, Lauterbach. *Dissertat. de Tutore honorario §. 23. & seq.* Ita conclusum in causa tuteke Leiningen - Westerburgensi 27. Jun. 1726. & præstita fuere solennia.

## OBSERVATIO LXIII.

*Differentia Mandati de solvendo à Mandato de dimittendo hypothecam.*

**S**æpius observatur in Libellis confusio petitionis pro Mandato de solvendo S. C. cum Mandato de dimittendo hypothecam. Nunquam decernuntur Mandata de solvendo, nisi insertæ legantur Instrumento obli-



obligationis clausulæ executivæ, & quidem directe contra ipsam debitoris personam. Si in rem tantum conceptæ sint, non petendum est, neque decernendum Mandatum de solvendo, sed solum de dimittendo hypothecam. Porro in annuis redivibus, qui voluntate solius creditoris redimi non possunt, nisi expressum sit in contractu, ut ob moram solvendi pensiones annuas libera etiam esse debeat repetitio sortis sive pretii venditionis, non decernitur Mandatum de solvendo sortem, sola enim mora in præstatione pensionum commissa facultatem repetendi sortem non infert præcise, licet ab æquitate alienum non sit pro ratione circumstantiarum; Ad effectum tamen sive viam Mandati S. C. non sufficit æquitas qualiscunque, si forma obligationis viam executivam non commonstret. Hæc omnia solícite distincta fuere in decernendo Mandato in causa *Knebel von Gagelenbogen* contra Serenissimam Domum *Baadensem* in *Baaden* Decreto sequente: (I)

- (1) Auf jetzt und vorige Narrata ist das gebettene Mandatum de solvendo vel dimittendo hypothecam, jedoch von wegen denen in Beyslagen Lit. A. D. E. bemeldten Capitalien ad 3000. und wiederum 1800. Gulden unbezahlten Renthen alleinig; So viel aber die in Guth. Verschreibung sub Lit. F. G. enthaltene Schulden anbelangt / und das Mandatum de dimittendo hypothecam, jedoch so wohl wegen Capitalien als rückständigen Renthen / Sine- in übrigen aber wegen der Renths Verschreibung von Capital ad 9000. fl. in Gold / oder hiernechst 11000. fl. Batzen / Inhalts der Beyslagen B. C. sowohl wegen



wegen des Capitals als rückständigen Gülden das Mandatum de solvendo Cum Clausula hiemut erkannt.

## OBSERVATIO LXIV.

*Non locum habet Citatio ex L. diffamari.  
Cod. de ingen. manumiss. si actio in eo foro  
non esset fundata.*

**I**N prædio feudali Vasallus accepto mutuo hypothecam constituit creditori Sempronio, tradiditque possessionem cum Jure antichretico. Accessit consensus Principis Episcopi Domini directi. Mortuo Vasallo sine liberis, successor Episcopus, arbitratus se non teneri consensu ab antecessore præstito, alium investivit Vasallum, possessione interim penes creditorem manente. Qui cum dixisset forte se non teneri restituere bona ante solutionem crediti, conventus est ab Episcopo actione ex *l. diffamari* in Camera. Sed absolutus fuit per sententiam, quia, ubi non datur actio, ibi nec locum habet provocatio ad agendum: Atqui ei qui possidet, non est actio prodita, per quam neget rem esse adversarii, *§. 2. Institut. de action.* Posito, quod creditori agendum fuisset, non erat Camerale forum fundatum in actione principali, sed Austragarum. (1) Verba illa quæ diffamatoria esse allegabantur, non erant ejus qualitatis, sed animo defendendi prolata.

(1) Non necesse est ut Citatus ex *l. diffamari* actionem instituat præcisè in Camera, si actor mallet experiri in Judicio Imperiali



riali Aulico. Vel si allegaret Citatus Judicium Aufragale in-  
eundum sibi esse, declarandum foret tunc provocanti, an hoc  
expectare, an vero beneficio primæ Instantiæ Aufragarum re-  
nunciare velit. Omnis istiusmodi actio provocatoria sua natu-  
ra requirit, ut forum, ad quod Citatus provocatur, sit fundatum,  
tanquam partis, quæ citari fecit, ordinarium. Quod, si in plu-  
ribus Judiciis esse possit, electio erit Citati, sive in causa prin-  
cipali Actoris.

### OBSERVATIO LXV.

*Jus retractus ex consanguinitate etiam lo-  
cum habet in venditione sub hasta à vendi-  
tore libere facta.*

**I**N Civitate Imperiali Aquisgranensi civi cuidam con-  
sanguineo erat ædes suas plurimi, quantum fieri poterat,  
vendendi, non necessitate cogente, sed voluntate libera  
mediante subhastatione vel auctione, publica auctoritate  
Magistratus instituenda. Qua facta, alius civis pluri-  
mum licitando, additionem expectavit, pretium au-  
tem non in continenti sed aliquot post menses config-  
nando obtulit. Antequam hoc fieret, tertius civis ad  
retractum jure consanguinitatis admitti se petiit, alter  
negavit, hinc exorta de jure retrahendi quæstio in casu  
subhastationis vel auctoris ejusmodi voluntariæ, au-  
toritate publica institutæ. Nam de consanguinitate  
nullum erat dubium. Nihil referre putarunt Domini,  
an venditio esset privata, an judicialis, voluntaria an  
necessaria, quia hæc naturam contractus non immuta-  
ret.



ret. Nam ex causa missionis in possessionem ex secundo Decreto, per quod dominium usucapiendo acquiri potest, l. 5. princ. ff. de damn. infect. locus est retractui, nec non, si quis à Principe dominium adquisierit, l. 2. Cod. de jur. dom. impetrand. vel à Judice res alicui addicta fuerit, l. qui auctore. 137. de Regul. Jur. quia semper videtur res alienari quasi ex causa venditionis. (1) Accedebat mora primi emtoris in numerando pretium & petitio retractus in tempore facta, una cum oblatione pretii. (2) Neque deerant exempla in vicinis Regionibus Juliacensibus, imo ipsa urbe Aquisgranensi. Hæc argumenta potiora existimata fuerunt iis, quæ appellans protulerat, & sententia prioris Judicis fuit confirmata in causa H. contra B. Anno 1721.

- (1) Rosenthal. de Feud. cap. 9. conclus. 90. num. 21. Gratian. dissectat. forens. 544. num. 17. Reinking. de Retract. Consanguin. quest. 4. ampliatur. 2. num. 58. seq. Christinus tom. 3. decis. 55. num. 6. præcipue Stollmannus in Decis. Brabant. 99. ubi fere in terminis casus tractatur, adde Lyncker. decis. 964. 1126.
- (2) Vid Tiraquell. de Retract. §. 1. gloss. 18. num. 34. Reinking. de Retract. Consanguin. quest. 2. ampliatur. 11. 12.

## OBSERVATIO LXVI.

*Jus retractus ex vicinitate prædii, non nisi Statuto, vel moribus loci, obtinet. Non vero inter personas quæ Statuto tali non obligantur.*

**J**us retrahendi post Emt. Vendit. contractam & impletam ex variis derivatur causis. Vel ex *Conventionione*,  
T 2 vel



vel *Consanguinitate*, vel ob situm prædii contiguum, quod vocant *Jus congrui*. De prioribus, scilicet retractu conventionali & gentilitio dictum est alibi. De posteriori ex *Jure congrui*, observandum est, *Jure communi* minime esse fundatum, (1) sed requiri consuetudinem specialem vel *Provinciae* vel *Urbis*. (2) Neque etiam ad urbana prædia extendendum. (3) Quid ergo si in urbe *Imperiali* in qua *Judicium Imperiale* sedem habet, *Jus congrui* ad effectum retractus receptum esset, an etiam *Personæ Camerales* inter se eodem *Jure* uti poterunt? *Negativa* placuit *Collegio*, ratione non obscura, quod scil. *Personæ Camerales* per habitationem in urbe, neque legibus neque moribus civitatis, sed *Jure communi* & *Imperii* obligentur. Hinc inter *Camerales* ipsos in ejusmodi causis non aliæ quam amicitiae mutuae & honestatis leges locum habebunt. Quod si *Persona Cameralis* ex vicinitate retrahere voluerit fundum à cive quodam, hoc ipsi non erit denegandum, neque poterit objici *Jus retorsionis*, quod scil. inter ipsos & contra ipsos *Camerales* *Jus retractus* non valeat. Hoc enim alias habet causas supra dictas, neque foret *retorsio* conventionibus, cum civitate tempore receptionis *Judicii* initis, congrua.

(1) *Berlich. part. 2. concl. 39. num. 35. Köppen p. 1. dec. 52. n. 11.*

(2) *Carpzov. lib. 2. constitut. 31. definit. 1. seqq.*

(3) *Vid. Lyncker. decis. 791.*



OBSERVATIO LXVII.

*Si ambo appellaverint actor & reus ad Judicia diversa, quomodo possit esse consultum utrique, ne dividatur causa.*

Non est novum, si ab aliqua sententia appellaverint uterque, actor & reus. Fieri enim potest facile, ut neutri à Judice in eo, quæ desiderarunt vel optarunt, factum fuerit satis. Quandoque alter dicis gratia appellat, expectaturus an adversarius, cui forte magis expediret appellatio, hoc remedio sit usus. Quæ de re dictum in *Commentat. System. pag. 187.* Quod si in aliqua Regione introducta fuerit à Judicio alias immediato, instantia superior, ad quam elective possit fieri appellatio, scilicet per Privilegium; unus vero ex litigantibus appellaverit ad Camera Imperialem, alter ad istud Judicium superius, non est dubium quin introductâ appellatione in Camera & recepta, cessare debeat appellatio ad alterum Judicium in illa Regione superius. Alias enim contentia causæ divideretur, & in concursu utriusque Judicii, illud, quod per Privilegium posset esse aliquando superius elective & extra ordinem, merito cedere deberet huic, quod in Imperio Roman. German. est supremum omnium & ordinarium. Num ergo qui illud elegerit, idcirco appellationis beneficio excluderetur? Non puto, sed cautela erit observanda, ut introducta in Camera appellatione,



ipſe eidem in tempore adhæreat, ut ſic beneficio eodem fruatur.

### OBSERVATIO LXVIII.

*Mandatum de relaxando Arresto decernitur, ſi in utilitatem Domini territorii debitoris fuerit impoſitum.*

Querebatur *Titius* per ſententiam *Judicis inferioris*, ſe condemnatum hæredibus *Sejo* ad 5000. fl. ex tranſactione reſiduos, niſi probaret intra ſpatium menſis ſolutionem. Inſuper arreſtum pecuniæ, ſibi à Domino territorii debitæ, ab ejuſdem *Conſiliariis*, qui erant *Judices*, fuiſſe decretum. Poſt emanatas literas compulſoriales, (erat enim cauſa pauperis, *Concept. Ordinat. Camer. part. 1. tit. 55. §. 5.*) & edita acta, conſtitit, litem à *Sejo* in alio *Judicio* & foro domicilii dudum coeptam, & oppoſita compensationis exceptione deſertam, à *Judice* vero arreſti *Titium* per ſententiam præcedentem ab actione abſolutum, ſimulque implementum tranſactionis & liquidationem *Titio* injunctam; Quæ ſententia videbatur alteri contraria, & tamen nullum erat interpoſitum remedium. Tandem præcipitantia intolerabili, ante productam tranſactionem in debita forma, ſententiam definitivam condemnatoriam fuiſſe pronunciatam. Quibus ponderatis, cum prioris *Instantiæ* proceſſus variis laboraret vitiis, & ar-



& arrestum in utilitatem Domini Comititis debitoris decretum fuisse non levis subnasceretur suspicio, decreta fuit Citatio etiam cum inhibitione & Mandato de relaxando arresto sine clausula.

## OBSERVATIO LXIX.

*Reproductis Processibus etiam ante sex Juridicas Proclama decerni potest. Quando opus sit Citatione ad reassumendum: Quando re-  
scriptione Processuum.*

**E**X antiquo Germaniæ Judiciorum more retentus est in Camera Imperiali modus procedendi contra citatos non comparentes in contumaciam, mediante *Proclamate*, sive publica Citationem per Pedellum viva voce faciendam, Blum. tit. 66. num. 21. Roding. lib. 3. tit. 53. Adeo ut sine eo prævio in contumaciam nihil definiatur. Proclama ut fiat, per sententiam decernitur. Licet autem sex juridicarum dierum beneficio gaudeat reus, ne pro contumace habeatur, vid. *Concept. Ordin. Camer. part. 3. tit. 51. princ. & tit. 52. §. 3. Recept. Imper. 1654. §. 36.* Proclama tamen si actor urgeat, etiam intra sex juridicarum tempus decerni potest haud dubie, quia comparere tenebatur reus in termino Citationis. (I) Sæpissime enim Procurator ex mora clienti suo utilitatem quærit. Accidit in facto, ut reproductio Mandati S. C. interveniente  
justi-



justitio impediretur; Reo deinde defuncto, de proclamate erat quaestio, quod contra mortuum decerni non poterat, proinde denegato Proclamate, Citatione ad reassumendum erat opus. Nam licet Romano Jure Citatio in hæredes etiam transeat, *l. 58. ff. de obligat. & action.* Camerali Jure tamen Procuratore apud acta non existente, aliisque casibus petenda est *Citatio ad reassumendum*, de qua commentatio extat *Erici Mauriti* ante Assessoratus officium composita, cujus partem primam tantum absolvit. Erat tamen effectus transitionis in hæredes, quod rescripto Mandati, de novo insinuandi, opus non esset. Petitur enim *rescribi*, h. e. de novo expediri Processus Camerales, si terminus vel est circumductus (scil. in causis primæ Instantiæ Cameralis, nam in causis Appellationum nulla obtinet circumductio) vel defunctus est ante insinuationem, contra quem Processus erant decreti, vel si circa insinuationem defectus occurrit.

(1) Vide *Animadvers. ad Observationes* Auctoris Anonymi vulgo Magenhorstianas *observ. 17. in Commentat. Systemat. pag. 374.*

## OBSERVATIO LXX.

*Mandatorum de exequendo sententiam propriam adversus Judicem inferiorem usus, effectus, cautela.*

**F**requentissimæ sunt in Camera Supplicationes pro Mandato de exequendo Sententiam Judicis inferioris



rioris, si mora in executione parti videatur intolerabilis. *Judicis superioris, ut promoveat Justitiæ complementum per viam Mandati, est officium, attamen ut fiat cum circumspeditione debita, requirit prudentia. Multæ enim possunt esse causæ, ob quas executio sistatur, etiam per exceptiones in ipsa executione locum habentes. Qualis ergo effectus istiusmodi Mandatorum de exequendo cum clausula? Respondeo: esse eum, ut Judex inferior vel pergat justo ordine in causa, & tunc cessabit ulterior apud superiorem Judicem querela, vel si absque causa tergiversetur, ut per sententiam compellatur. Errabit autem pars impetrans, si existimaverit hac via Mandati causam totam ad Cameram delatum iri. Nulla est ea in re superioris Judicis fundata Jurisdictio. Neque etiam de meritis causæ cognitio sufficiens, nisi pro sufficienti habere velis eam, quam ipsa pars impetrans subministravit. Fieri equidem potest, ut actis Mandati satis instructis, ulterius progredi queat Judex superior. Sed hi casus sunt admodum rari. Sæpiusculè istiusmodi Mandata de exequendo in terminis insinuationis & reproductionis mansisse observavimus. Et quotusquisque est Judicum, qui cum parte, pro qua sententiam tulit, in superiori Judicio contendere velit? Et cum Judicis benevolentia non sit nihili habenda litigantibus, quisnam erit futurus facile, qui ipsum Judicem, quam partem, pro adversario habere malit.*

U

OBSER-



## OBSERVATIO LXXI.

*Judex supremus quandoque ultra caput  
Appellationis procedere potest.*

**S**upremus Judex in causis appellationis quandoque ultra caput illud, ob quod appellatio fuit interposita & recepta, ex officio procedere potest. Vulgatum est axioma, tantum esse in meritis causæ ad Judicem superiorem devolutum, quantum continet sententia, à qua appellatio fuit interposita & introducta. (1) Axioma est verum, sed non ita generale, ut potestas Judicis appellationis, cum primis supremi, semper esse debeat restricta ad caput appellationis. Judex inferior pronunciavit in possessorio. Victus appellavit ad Cameram Imp. & deduxit simul argumenta probabilia petitorii. Exceptione non devolutionis opposita ob Privilegium de non appellando in possessorio, pronunciavit Judex Cameralis causam possessorii non esse devolutam, sed tamen petitorium in hoc Judicio esse tractandum in via Simplicis Querelæ. (2) Formula Sententiæ Anno 1680. publicatæ erat sequens. (3)

- (1) Scaccia de Appellation. quæst. 17. limitat. 21. num. 20. Lancelot. de Attentatis. part. 2. cap. 12. limitat. 2. num. 17. Mev. part. 6. decis. 251. num. 4.
- (2) Fieri enim potest, ut Judex inferior prætermissa quæstione petitorii, licet instructa satis, cum in petitorio pronunciare debuisset, possessorium solum decidere voluerit, neque à suspicionem omni favoris erga partem appellatam, liberum sese præstiterit. Si ergo circumstantiæ adfuerint ex quibus probabili-

ter



ter colligatur, post executionem possessorii, promptam Justitiam in petitorio ab isto Judice administratum non iri, recte faciet Judex supremus, si causam petitorii in foro appellationis decidendam retinuerit. Privilegia de non appellando honoranda sunt, & sequenda; Utinam vero nullus etiam existeret Privilegiorum abusus in justitiæ detrimentum!

- (3) **A**ngemasther Appellations · Sachen Palandischer Schloßbergischer Erbgenahmen / wider Palanden zu Buchenich und Breidenbent / ist erkannt / daß solche Sache / so viel das Possessorium belanget / an diß Kayserl. Cammergericht nicht erwachsen sey / so viel aber das mit eingeführte Petitorium angehet / dieser Sachen absonderlichen Beschaffenheit nach / als eine causa Simplicis Querelæ an dißem Kayserl. Cammergericht zu behalten seye / darauf beyden Theilen die vorgebrachte Handlung und Beweißthum an diesem Kayserl. Cammergericht zu repetiren / auch was sich in specie gebühret / darauff zu handeln / oder zu submittiren / Zeit 3. Monathen pro Termino & Prorogatione von Amts wegen angesetzt / mit dem Anhang / wo sie solchem also nicht nachkommen werden / daß alsdann die Sache in diesem Punct für beschloffen angenommen seyn // und ferner darauf ergehen soll / was recht ist.

## OBSERVATIO LXXII.

*De Monopoliis: in specie quando Salis liberum commercium impediri non debeat.*

**C**ommerciolorum usum liberum, in rebus ad vitam necessariis, Domini territorii subditis interdum absque causa justa restringunt, propriæ utilitatis gratia. Id si fiat, recipiuntur in Judicio supremo subditorum querelæ. (I) Talis erat Anno 1680. de prohibito com-



mercio *Salis*. Non injuste facit Dominus territorii, si beneficium Salinarium regioni suæ à Deo concessum, tanquam Regale, in commodum vertat suum, & importationem mercium peregrinarum prohibeat. Sed si merces in suo territorio natas, ad vitam humanam necessarias, pretio graviori venundari velit, quam alibi emi possunt, hæc iniquitas summa, per appellationem à Decreto extrajudiciali interpositam, merito correctæ. (2)

- (1) Res odiosa dicitur Monopolium & Legibus Imperii in Ordin. Polit. prohibita. Existere tamen possunt casus, in quibus non sit odiosa, vel potius injusta, (nihil enim odiosum dici debet, quod non sit injustum.) Dantur equidem species commerciorum, quæ si sint communes omnibus, damnum inde passura esset Respublica. Huc pertinent Pharmacopolia, quæ ut pro amplitudine civitatis uni vel paucis concedantur, publica requirit utilitas. Alia species esse potest in artificii insignibus, quorum inventori præmium Monopolii non injuste tribuitur. Ex mercibus, quæ ad meram voluptatem pertinent, & quibus rectius careret Respublica, si Dominus sibi utilitatem aliquam quaerit per concessionem Monopolii, non faciet contra utilitatem publicam, Wernerus Jctus Helmstadiensis *Dissertat. de Monopol. Anno 1664. edita* §. 17. & 20. Collegia Mercatorum certæ mercis, vel artificum, autoritate publica constituta, Monopolium minime sapiunt, vid. Werner. *dict.* §. 17. Observavimus tamen pluribus in locis Dominos commercium *Salis*, etiam si regio ipsa Salinas non habeat, (neque adeo ad Regale Domini territorii referri possit, Werner. *dict. Dissertat.* §. 30.) sibi sumfisse, cum prohibitione aliorum. Quæ res rationes justas habere potest alicubi pro statu Provinciæ, & conditione subditorum. Alibi non absque iniquitate hoc introducerur.

(2) *Sen-*



(2) *Sententia Anno 1680. publicata.*

**I**N Sachen Burgermeister und Rath der Neuen Stadt Hanau Appellanten eines/ wider Hn. Friedrich Casimir/ Grafen zu Hanau und Consorten, Appellaten andern Theils/ den Saltz Handel betreffend/ ist allem Vorbringen nach zu Recht erkannt/ das in dieser Sache übel decretirt/ wohl davon appellirt/ derowegen das angelegte Verbott/ wegen Zufuhr und Versammlung fremden Saltzes zu reformiren/ zu cassiren und aufzuheben/ hergegen Appellanten bey freyem Handel/ so wohl mit ausländischen als einheimischen Saltz zu lassen seyn/ als wir (jedoch das mehr besagte Appellanten, im Fall das einheimische Saltz in gleichem Preis wie das fremde würde verkaufft werden/ ihrem Erbieten gemäß/ jenes vor diesem zu nehmen/ nachkommen) hienit reformiren/ cassiren/ aufheben und lassen/ compensatis Expensis.

### OBSERVATIO LXXIII.

*Judex superior quando omisso articulo Appellationis ab Interlocutoria, in causa principali progredi queat.*

**P**Raxis certa est à Gailio *lib. 1. observat. 136.* observata in appellationibus ab interlocutoria, vel incidenti aliquo articulo, ut parte appellata petente & submittente, Judex supremus omisso puncto appellationis, in causa principali appellantem ad parem submissionem compellat, & deinde in causa principali sententiam ferat. Errant, qui rationibus Gailii bene fundatis opponunt Mevium *part. 2. decis. 351.* Huic enim sermo est eo loco non de potestate Judicis superioris, sed

U 3

infe-



inferioris, si apud hunc pars appellata gravamini renunciare voluerit, & à Judice petat ulteriorem in causa principali Justitiæ administrationem. Quæ tradit Anton. Faber *lib. 7. Cod. tit. 26. definit. 26.* & Auctor *Consil. 187. quest. 2.* in Collectione Klockiana *volum. 3.* regulam non mutant, ajunt enim de casu speciali, si appellans, quid sua intersit, docere queat. Neque enim moratoria debet esse exceptio. Ipse Mevius *part. 5. decis. 141.* sententiam *Gailii* confirmat & ampliat, ut etiam non petente appellante, modo non dissentiat, vi clausulæ salutaris, superior Judex omisso incidenti articulo, de causa principali pronunciare queat.

### OBSERVATIO LXXIV.

*Sententiæ non devolutoriæ ratio non est semper, quod Jurisdictio Judicii appellationis fundata non sit: Potest etiam esse ob defectum gravaminis.*

Sententiarum, quibus pronunciatur causam per appellationem interpositam non esse devolutam, rationes sunt regulariter ob defectum Jurisdictionis, si obstet Privilegium de non appellando, vel causæ ipsius natura, in quibus Jurisdictio supremi Judicii per legem cessat. In hisce casibus, si defectus sit apertus, repellitur appellans à beneficio appellationis ab initio. Si callidis narrationibus, & injecto quasi velo, processus obtinuerit  
appel-



appellans, consideratis deinde actis fertur sententia, quæ dicitur *non devolutoria*, cum condemnatione in expensas. Non tamen est existimandum rationes istiusmodi sententiarum Jurisdictionis tantum ambitu includi, ita ut ob alias etiam causas, puta gravamina non fundata, vel in progressu non probata, Judex appellationis uti non possit formula sententiæ non devolutoriæ. Ad formulas pronunciandi adstrictum esse Judicem supremum quis dixerit? confirmatoriæ sententiæ vel reformatoriæ rationes consistunt in sententiæ prioris Justitia vel iniquitate, ita ut in ultima Instantia sciant litigantes, quid tandem sit in qualibet causa tenendum. Quod si vero gravamina libelli in progressu ita comparata esse deprehendantur, ut Judex, si scivisset, processus decreturus non fuisset, adeo non errabit pronunciando causam non devolutam, ut potius talem pronunciandi formulam negotio huic magis convenire existimem, quam sententiæ prioris confirmatoriam. Distincta est consideratio causarum, in quibus appellationis ingressus præclusus esse dicitur ab iis, in quibus appellationes non recipiuntur, vid. *Colleg. Jur. Argentorat. lib. 49. tit. 5. ubi §. 3. & 4.* In quibus causis præclusa est appellationis via, v. gr. per privilegium de non appellando, per præventionem alterius Judicii &c. Si nihilominus obtinuerit aliquis processus appellationis, subreptione detecta, pronunciabit Judex causam non esse devolutam, atque ad priorem

Judi-



Judicem vel præventum remittendam, condemnando appellantem in expensas. Causæ in quibus appellans beneficio appellationis non fruitur, sive ubi appellationes non recipiuntur, intellige, non de præcluso aditu, sed de ingressu non justificato, sive quod preces & gravamina veritate non nitantur. Permulti sunt ejusmodi casus, quos recenset *Colleg. Jur. Argentorat. dicto loco §. 3.* & inter eos *num. 10.* si quis nullum gravamen prætere h. e. justificare possit, ita ut causa appellationis deficiente, ipsa appellatio deficiat, argum. *cap. ex literis. X. de Sponsal. cap. pervenit. cap. cum sit. §. ult. X. de Appellat.* Durand. *in Speculo de Appellat. §. in quibus autem. vers. 36.* Omnes isti casus defectum gravaminis supponunt, quem Judex non potest prævidere ab initio, sed demum in processu progressu. Hinc si in pronunciando utatur formula non devolutoria, recte faciet, & dicere vult, appellationem, si de circumstantiis ab initio constitisset, non fuisse recipiendam. Plures autem dari casus præter eos, quos Argentoratenses recensere, non est dubium. Obtinuit quis processus præcedenti rei judicatae contrarios. Sententiam talem vocant in hæsiivam: frequentissimæ sunt, tali casu detecto, remissiones causæ ad Judicem priorem per sententiam non devolutoriam. Hunc casum annotavit ibi, Tabor *in Notis ad num. 7.* Nihil aliud indicatur hac sententia, quam quod gravamen appellationis non sit fundatum.

Alle-



Allegavit aliquis inter plura gravamina, executionem sententiæ contra se tanquam nudum tutorem, in bona propria fuisse decretam. Obtinuit processus, non simpliciter ad gravamina omnia, sed ad hoc unum, in quo, si verum esset, gravatus esse videbatur. Non equidem in appellantibus requiritur gravaminum probatio plenior, sed quia appellatio est beneficium Juris, creditur tantisper allegationibus libelli, donec contrarium appareat in exceptionibus & progressu. Salutari tamen consilio & prudenter agunt Domini, si examinatis gravaminibus, quæ plerumque nulla necessitate exigente accumulatur, prætereundo leviora, seu ligant ea, in quibus cardo omnis negotii consistit. Eo scilicet fine, ut in deductionibus ulterioribus modus sit descriptionis, quem Advocatorum pauci tenere solent, tandemque in decisione causæ facilius distinctio meritorum causæ à paleis. Quod si in causæ progressu non probatum fuerit gravamen, ad quod processus fuerunt admissi, acceptati & reproducti, (multæ enim sunt causæ, ob quas tutoris bona propria executioni subjiciuntur, ita ut dici non possit, executionem susceptam esse contra tutorem, unice qua talem. (vid. *supra Observat. X.*) Judex deinde non devolutoriam sententiam ferendo, dicere non voluit, Jurisdictionem suam fundatam non fuisse, sed quod gravamen illud, ad quod processus erant restricti, probatum non fuisset.

X

Aliud



Aliud exemplum est in sententia sequente *expedit. 17. Julii 1720.* (I)

Si quis dixerit appellansem scire debere, an sententia non devolutoria ex defectu Jurisdictionis vel gravaminum fuerit pronunciata. Resp. Sufficere, si sciat sententiam prioris Judicis habere vim rei judicatae, caetera esse curiositatis, non necessitatis.

(I)

*Expedit. 17. Julii 1720.*

**S**o angemaßter Appellation der Erbgenahmen Hansens in Actis benahmten armen Partheyen wider Dr. Ziels zu Cöln/ ist erkannt: Daß solche Sache durch fürgenommene Appellation wegen geständiger und liquider Schuld derer Appellanten, mithin offenkundiger Unerheblichkeit derer Gravaminum, an dieses Kayserl. Cammer- & Gericht nicht erwachsen/ sondern an Richtern voriger Instanz zu remittiren und weisen sey/ als wtr sie hiermit remittiren und weisen; so viel jedoch die Appellation von der bey dem Boigtheylichen Gericht in Cöln am 13. Februarii 1717. aufgefallehen Urtheil betrifft/ bleibt Appellanten als armen Parthey/ daferne sie dabey zu acquiesciren nicht gemeynet/ solche in Judicio immediatè superiori einzuführen/ unbenommen/ sondern vorbehalten.

## OBSERVATIO LXXV.

*Quid agendum Judici, si acta appellationis fuerint deperdita, & prævia Citatione ad reassumendum pars appellans fuerit contumax?*

*Ubi de Sententia absolutoria.*

**A**ppellatione interposita, recepta, & actis dudum ad sententiam instructis, perierant omnia in excidio



dio Spirensi, adeoque redintegratione actorum opus erat. Appellata pars, quæ in priori Instantia victoriam litis erat sortita, fiducia causæ petiit & obtinuit Citationem ad resumendum processum, actaque redintegrandæ, sua etiam ex parte necessaria producere studuit. Appellans, vel hæredes ejus, Citationem hanc neglexerunt. Quid hic erat agendum Judici? Resp. Officio erat satisfactorius, si acta producta in contumaciam pro integris acceptasset, & juxta ea pronunciasset in causâ principali. Factum vero est, ut breviori via litem terminaturus Judex Cameralis, tædio forte actorum antiquiorum & prolixiorum, appellatum à Citationem absolveret. (1) Ab hac sententia absolutoria, ante Justitium Wetzlariense publicata, restitutionem in integrum petierat pars appellans, contumaciam tamen satis male purgaverat. Idcirco, licet non placuisset modus ille adhibitus pronuntiandi, per sententiam absolutoriam, (2) conclusere tamen Domini pro qualitate causæ, & apparente satis ex actis Justitia sententiæ prioris Instantiæ, manendum esse in tramite cœpto, & restitutionem in integrum, ceu frivole petitam, denegandam cum condemnatione appellantis in expensas. (3)

(1) A Citationem, inquam, prima, cum appellationis Processibus ante 50. Annos circiter insinuata. Effectus absolutoriæ est, ut tota appellatio reddatur irrita & sententia à qua vires rei judicatæ accipiat. Sed hic erat modus decidendi causam obliquus, ad quem non est deveniendum, si adsit via recta. Quousque enim de formalibus est quæstio, non est adhibenda præ-



ter necessitatem via talis pronunciandi, per quam Jus appellantis perimitur, Mynsing. *centur. 3. observat. 22.* Aliud dicendum, si causa talis sit probata, ob quam ex necessitate Juris absolutoria est ferenda vel desertoria.

- (2) Absolutionem à Citatione recte petit citatus in causa appellationis, si appellans in reproducendo fuerit negligens; Si vero Citatio insinuata & rite fuerit reproducta, lis etiam contestata, *Ordinatio Cameralis part. 3. tit. 51. §. 1. 2.* non permittit reo, five appellato, petere absolutionem à Citatione, sed petenda erat sententia in causa principali. Veruntamen, ait Blumius *tit. 66. num. 51.* etiam hoc casu postulari potest absolutio à Citatione *docente praxi.* Hujus praxeos exempla adferenda fuissent. Blumio enim experientia laudem dudum ademit Deckherrus in *Judiciis.*
- (3) Sententia enim absolutoria ut corrigeretur per remedium restitutionis, etiamsi causa idonea adfuissent, contumaciam citati ad resumendam litem purgantes, res tamen erat difficilis. Hic vero, cum accederet sententia prioris Justitia satis evidens, effectus denegatae restitutionis etiam erat, ut Sententia prioris Judicis vim haberet rei judicatae.

## OBSERVATIO LXXVI.

### *Differentia Sententiae absolutoriae ab instantia, & desertoria in causis appellationis.*

**E**ffectus quidem utriusque Sententiae non differt. Nam sententia prioris Judicis transit in rem judicatam & executioni mandari potest, five absolutoriam sententiam pronunciet Judex superior, five desertoriam. Sunt tamen aliae differentiae notabiles, quarum *Prima:* Quod aliae causae sint desertionis, aliae, quae appel-



appellatum faciunt absolvi à Citatione. Deseritur appellatio variis modis, vel in Judicio à quo, vel apud Judicem ad quem; Ibi, si appellatio coram Notario & testibus interposita non fuerit insinuata, intra diem trigesimum acta non requisita, solennia necessaria non observata; Vel si appellans ad Judicem priorem recurrerit: vel attentatum commiserit, (vid. hic Mey. part. 4. dec. 221.) vel alio modo expressè vel tacite renunciaverit. Hic vero, si appellationis processus legitimè insinuari non curaverit, vel in reproductione quidquam neglexerit, quo casu pars citata licite non comparebit, & tunc Proclama petitum Judex denegabit. Quæ denegatio etiam habet effectum desertionis, quia fatalia appellationis non amplius sunt integra. Absolutionis vero à Citatione causa non potest esse alia, quam quæ in Legibus est præscripta. Celebris hic est Constitutio in Recess. Imper. 1654. §. 63. (1) Quæ in Judiciis Leodiensibus & Officialium, ubi acta originalia non sunt in Archivo Judicii, sed penes partes litigantes, vel earum Procuratores, (2) tali modo ad usum venire potest, si pars appellans, à Judice jussa producere acta intra terminum, huic Decreto non paruerit, neque dilationem ob causas legitimas obtinuerit. Porro, si in reproducendis Compulsorialibus ulterioribus vel arctioribus appellans diligentiam non præstiterit; Hinc in ejusmodi Compulsorialibus semper præfigitur terminus ad reproduendum sub præjudicio sententiæ absolutoriæ. Non ergo satis



quadrat ad absolutoriam sententiam causa contumaciæ appellantis, si dudum instructo processu & mutatis personis, pars appellata Citationem ad reassumendum extraxerit, appellantis vero hæredes non comparuerint.

*Secunda*: Adversus desertoriam dari potest restitutio in integrum, si culpa fuerit satis purgata. Neque enim Judex facile descendit ad Jus appellantis perimendum, si salvari possit. Adversus absolutoriam vero restitutio est longe difficilior, quia perempta Citationem prima, opus foret nova, ad hanc vero fatalia non supersunt.

*Tertia*: Desertoriæ sententiæ adjicitur plerumque clausula remissoria causæ ad Judicem priorem, magis ex praxi quam ratione à Gailio *lib. 1. observat. 123. num. 10.* allegata, quia deserta appellatione ipso jure revolveretur causa ad Judicem priorem. Neque tamen remissoria clausula recepta fuit auctoritate Blumii *Process. Camer. tit. 54. num. 19. in fine.* Distinctio ipsius rem non conficit, an Judex inferior appellationi detulerit vel non. Judicis enim inferioris non est cognitio, an appellatio à superiore sit recipienda vel non admittenda. Recepta ea cessat omne Jus prioris Judicis. Proinde superior remittendo causam desertam, non errabit, & crediderim ad numerum verborum etiam respexisse, qui desertoriis sententiis remissoriam clausulam addere consuevere. (3) Absolutoriæ vero sententiæ remissio causæ plane non convenit. (4)

Si de-



Si desertam esse causam apparet, Judex appellationis non poterit quidem in principali causa pronunciare, reformando sententiam priorem, poterit tamen, si voluerit, cognitis actis sententiam priorem confirmare, ut tanto certior appellatus sit de Jure suo. (5) Ubi vero citatus ab Instantia est absolvendus, officio Judicis superioris non conveniet pronuntiatio in causa principali.

- (1) Verba dicti §. 63. Dabey gleichwohl weniger nicht die Appellanten, in der von Richtern voriger Instantien bestimmt, und angesehener Zeit / die Acta ferner zu requiriren / und deswegen ulterius Documentum vorzubringen / sub präjudicio Absolutionis verbunden seyn sollen.
- (2) Mira hæc est consuetudo iis, qui rationes introducti moris nesciunt. Ita tamen, ut dictum, res sese habet; Adeo ut, si Protocollum primæ Citationis & Recessuum sit apud Judicem, cætera omnia Procuratores causarum apud se servant. Facilior etiam est custodia paucarum causarum, quam infiniti numeri, quibus Archiva Judiciaria replentur. Ne vero alterutra pars actis aliquid addere vel demere queat, satis consultum est per consuetudinem ibi receptam, ut omnia exhibita inter partes communicentur illico per Procuratores reciproce, & quotiescunque officium Judicis requiritur, utraque pars acta sua edere Judici teneatur, ubi per Personas Judiciii conferuntur, & si quæ difformitas appareret, partibus injungitur, ut eam tollant.
- (3) Formulas pronuntiandi multum ex stylo traxisse, qui successu temporis etiam mutari potest pro re nata, dictum fuit in *Prefat. ad Collect. nov. Anno 1715. editam*. Non equidem omnes formulæ sententiarum promiscue arripiendæ tanquam præjudicia in formandis sententiis, sed cum delectu adhibendæ, imo pro exigentia rei novis formulis uti Judex non prohibetur.



tur. Administratio enim Justitiæ non consistit in formulis, sed in sententiæ perspicuitate & verborum gravitate.

- (4) Vide absolutorias formulas in *Collect. Deckherriar. num. 19. in nova à nobis edita num. 22. 27. 78. 511.*  
 (5) Vide Blum. *Process. Cam. tit. 55. num. 20. Mev. part. 7. dec. 53.*

## OBSERVATIO LXXVII.

*In exorta controversia de Decimis & propter eas instituta actione spoliū considerata & observata.*

(1) **J**uris Pontificii doctrina *lib. 3. Decretal. tit. 30. & ibi Interpp.* quod Decimæ etiam novo fœdere sint Juris divini, à plurimis non est recepta, sed ad sustentationem Ministrorum Ecclesiæ constitutas esse decimas Jure Ecclesiastico humano, multi Ecclesiæ Romanæ addicti statuunt, vid. Covarruv. *variar. Resolut. lib. 1. cap. 17. num. 2. 4.* à quo non recedit ejus Eucleator Faria *ad dict. cap. 17.* Gonzalez Tellez *ad cap. 32. X. de Decimis.* Wiestnerus Jesuita Germanus *Jur. Canon. lib. 3. tit. 30. num. 7. seqq.* quibus adde Jctum Halensem Böhmerum *Jur. Ecclesiast. dict. tit. 5. 9. & seqq.* ubi decimarum originem & progressum historice describit.

(2) Distinctio ab objecto, inter decimas reales sive prædiales ex fructibus bonorum immobilium naturalibus, & personales ex aliis rebus sola industria humana quæsitis, adeo, ut nequidem inhonesta lucra excipiantur,



piantur, juxta l. 4. ff. de condict. ob turp. caus. Jure Pontificio admiffa, injungendo præstationem de omnibus rebus, quæ licite h. e. impune adquiruntur, cap. ex transmissa. 23. X. hoc tit. vid. Covarruv. in regul. peccatum part. 2. §. 2. num. 1. vers. deinde quamvis &c. multis in locis, in Germania vero passim, quoad obligationem Juris in Personalibus, est sublata, retenta sola obligatione in realibus, Wiestner. dict. loc. num. 12. 20. 33.

(3) Alia distinctio decimarum in Ecclesiasticas & Profanas, sive ut ajunt, Laicales, ab origine est desumpta. Ecclesiasticæ à principio Ecclesiis datæ bonorum Ecclesiasticorum naturam acceperunt. Laicalium vero principium fuit vel à potestate civili vel privatorum conventionione. Quid enim, quæso, impediret Dominum aliquem regionis vel privatum quemlibet agros suos alicui concedere colendos & fruendos Jure perpetuo hæreditario, reservata sibi fructuum parte decima? Factum autem fuit ante plura Secula, ut etiam pars bonorum Ecclesiasticorum & decimæ à summis Principibus militibus pro opera defensionis distribuerentur, aliisque modis decimæ Ecclesiasticæ Laicorum sint factæ, vel pleno proprietatis Jure, vel feudi, vid. Dessel. Erotem. Jur. Canon. hoc tit. quest. 8. & ibi Lyncker. in Analect. Böhmer dict. tit. §. 18. 24. Et quidquid moliti sint vel Pontifices Romani vel alii Præsides aut Collegia Ecclesiastica, irritum tamen fore studium, ut

Y

deci-



decimæ , quæ antiquissimo tempore alienatæ fuerunt , pleno proprietatis titulo , Ecclesiis vindicarentur , concludit Böhmerus *Jur. Eccles. hoc tit. §. 30. seqq.* Possident itaque hodie plurimi , quos vocant , Laici decimas , quæ olim Ecclesiasticæ fuerunt , ab omni revocatione tuti , cum primis post *Instrum. Pac. Westphal. artic. 5. §. 7.* Neque tamen de omnium decimarum origine extat memoria , & maximus foret error , si quis existimaverit , omnes decimas habere Ecclesiasticam qualitatem ab origine prima . Et si habuissent , amiserunt eam tempore sequente , & degeneraverunt in Laicales . Scilicet ista doctrina de illicita Laicis possessione decimarum Ecclesiasticarum ex hypothese erronea promanavit *num. 1.* rejecta . Et qui decimarum Jus tanquam divina lege obligatoria præceptum hodie statuunt , eos oporteret agnoscere & recipere etiam hodie Jus divinum Mosaicum , prohibens omnem possessionem Levitarum bonorum immobilium præter decimas . Hac conditione an contenti futuri sint Clerici & Monasteria , ex ipsis percontari licebit , vid. Paul. Sarpium *tractat. de Benefic. artic. 21. 4. 1.* allegatum à Böhmero *de Jure Parochial. sect. 7. cap. 1. §. 5.* Quid ? quod ipso *Thoma* , qui in scholis magnæ est auctoritatis , interprete , Laicis etiam licet decimas Ecclesiasticas habere in perpetuum , dummodo Jus accipiendi Ecclesia sibi reservet , absque effectu scilicet , vid. Böhmer. *Jur. Eccles. dict. tit. §. 31.*

Simili



Simili vero ratione potentum aliqui titulos regionum reservant sibi, quarum possessionem à se abdicarunt nunquam recuperandam.

Wiestnerus *dict. tit. 30. num. 88.* infirmitatem argumenti ex Jure Mosaico agnoscens, rationem prohibita alienationis non eam fuisse tradit, quod decimæ sint Jus spirituale, cujus Laici sint incapaces, sed quod alienatio qualiscunque in Laicos Ecclesiis esset damnosa propter abusum & prodigalitem Prælatorum in iis concedendis. Hac vero ratione translatio in aliam Ecclesiam æque fuisset prohibenda, cum textus Juris Pontificii ante edit. *Extravag. Ambitiosa. de rebus Eccles. non alienand.* de solis loquantur Laicis.

(4) Novalis decimæ h. e. de agris ad culturam redactis Jure Pontificio debentur Parocho, ad quem decimæ reales spectant, ita ut Parochus titulo universali & indefinito ad decimas nitatur, Dessel. *Errorem. Jur. Canon. hoc tit. quest. 10.* adde Lyncker. in *Analect. & volum. 1. respons. 170.* Et in regionibus, ubi regnant sola Ecclesiæ Romanæ sacra, hæc res parum habet difficultatis. Ubi vero Augustanæ Confessionis sacra vigent & quidem sola, accidit interdum, ut Parochi opinione erronea Juris Pontificii ducti controversiam moveant de Novalibus. Qui tamen facile ab errore reducuntur per ea, quæ Lynckerus monuit in Decisionibus Saxonibus Jenensibus *decis. 1168.* & suprâ laudatus Böhmerus *Jur. Eccles. lib. 3. tit. 30. §. 61. seqq.* & §. 83.



& §. 83. *seqq.* ubi agit de Primitiis. adde Buckisch  
ad *Instrum. Pac. artic. 5. §. 47. observat. 136.*

(5) Peculiarem rationem habent decimæ novales, nam exemptio generalis à decimarum præstatione non extenditur ad novales, adeo ut exemptus has præstare nihilominus teneatur, Rebuff. *de Decimis quest. 14. num. 30.* Vicissim concessio decimarum generalis novales regulariter non includit, nam tempore privilegii novales non extiterant, privilegium autem ad futura non extenditur. *Clementin. fin. de Rescript. Rebuff. dict. loc. num. 29.*

Porro si quis exemptus à Decimarum præstatione ex horto fecerit agrum, eritne tunc ad decimas Jure Novalium obstrictus? regulariter negandum est, quia ager ad culturam antea deductus, si species culturæ & frugum mutetur novalis non dicitur, Syring. (ita enim auctor retenta nominis veri litera prima, allegari voluit) *cap. 6. cas. 6. in Praxi Juris decimandi.* Neque etiam species frugum decimarum perceptionem mutat, Lyncker. *lib. 1. respons. 170. num. 13. seqq.* Mev. *part. 9. decis. 68.* Variæ tamen sunt ea in re locorum consuetudines, quas Judex providus observabit, ut Böhmmer. *Jur. Ecclesiast. lib. 3. tit. 30. §. 60.* Varios casus mutationum *dicto loco* recenset Syringius.

(6) Persecutio decimarum judicialis non habet peculiare aliquid respectu objecti. Eædem erunt actiones vel possessoriæ vel petitoriæ, quæ sunt ob Jura alia.  
De



De Ecclesiastici fori collisione cum foro civili si quaestio sit de Decimis Ecclesiasticis, dictum est alibi. Contingit quandoque ut Dominus territorii inhibeat praestationem decimarum per Officialem. Quo casu actioni spoli locum non esse in Judicio supremo contra eum, qui privilegio Austragarum gaudet, existimatum fuit per *Concept. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 8. Von gemeinen schlechten Spolien &c.* vid. Roding. *lib. 1. tit. 4. cap. 6. §. 12.* Tametsi vero Judex supremus restitutionem spoli non facile decernat, nisi prius de causis negandi cognoverit, juxta *Mev. part. 9. decis. 10. num. 16. 17.* Hoc tamen ad fundatam pertinet Jurisdictionem, non vero ad fundandam contra legem.

## OBSERVATIO LXXVIII.

*De casibus exceptis Judicii Provincialis  
Sueviae, vulgo Ehehafften.*

IN Ordinatione Judicii Provincialis Sueviae des Frey-  
len Kayserl. Land, Gerichts in Ober- und Nieder-  
Schwaben edita Anno 1618. *part. 1. tit. 5.* recensentur  
die Land, Gerichts Ehehafftinne / h. e. casus fundatæ  
istius Judicii Jurisdictionis in prima Instantia, non ob-  
stantibus Privilegiis Exemtionum, vid. *precedentem tit.*  
*4.* qui agit de Exemtionibus, quæ notanter restrin-  
guntur *aufferhalb der Land, Gerichts Ehehafftinne.* Con-  
tra hanc Ordinationem multa Gravamina fuerunt pro-  
posita à Statibus Circuli Anno 1666. (I)



Et inter alia *ad pag. 62. Ordinationis*, ubi pro-rogatio Jurisdictionis facta per partem citatam, si terminum petat ad excipiendum, inter casus der *Ehehafften* recensetur. (2) Monitum Statuum est tale: *omittatur in totum*. In Gravaminibus *pag. 9.* Resolutio Cæsarea *pag. 55.* ita sonat: *Verwilligen aber gnädigst/ daß bey der 8zten Beschwehruß bestrittene Sphus. Item wann ein Beklagter auf das Land: Gericht zc. biß auf die Worte: Nicht remittirt noch gewiesen werden zc. außzulassen sey; bey welcher Kayserl. Resolution die Stände acquiesciret haben. vid. dict. Gravam. pag. 55.* Cum ergo Civitas Imperialis Ilnensis ex causa debiti citata fuisset ad Judicium Provinciale, & excusationem nicht eingebrachter Nothdurfft protulisset ob varia impedimenta, Judicium illico hanc exceptionem *ex dicto Spho. Item wann ein Beklagter zc. pro casu fundatæ suæ Jurisdictionis acceptaverat*, condemnando Civitatem ad solvendum, nisi legitimas haberet exceptiones. Ab hac sententia appellavit Civitas ad Cameram, ubi per ea quæ supra dicta sunt, cassandam esse sententiam à qua, judicarunt Domini. Causam vero in Camera tractandam, adeoque terminum ad excipiendum præfigendum. Formula Sententiæ sequenti. (3)

(1) Vid. *Commentat. Systemat. ad Jus Camer. in Appendice pag. 228. seqq.*

(2) Verba *Ordinationis pag. 62. §.* Item wann ein Beklagter auf das Land: Gericht/ so ihme als in termino peremptorio zu erscheinen ankündet wird/ nicht entweder Forum declinirt/ oder



oder auf einkommene Klag Antwort gibt / oder excipirt / sondern um fernern Schub und Termin anhält / und das durch die Land & Gerichtliche Jurisdiction und Gerichts Zwang prorogirt / so soll derselbe hernach auf einkommende Abförderung nicht remittirt noch gewiesen werden. Ad quem Sphum Jacobus Otto in Nuce sua casuum exceptorum sive der Ehehafften pag. 84. varia commentatur de Jurisdictione prorogata, sed quæstionem præsentem non tangit.

(3) *Expeditum 17. Octobr. 1729.*

**I**n Sachen Burgermeister und Rath der Stadt Ißni / wider Weyland Andrea Matten Erben zu Bregenz / und deren Vormündere in Actis benannt / Fünff Hundert Dreyßig Sieben fl. 38. Kreuzer Capital betreffend / Appellationis, ist zuforderst Lt. Helffrich Copia signata seines Gewalts sub [11] das gehörige Tutorium beyzufügen / und ad Acta zu legen Zeit 2. Monathen pro termino & prorogatione von Amts wegen hiermit angesetzt / so dann allem Vort bringen nach zu Recht erkannt / daß durch Richtern voriger Instanz in puncto Fori übel und nichtiglich geurtheilet / derowegen solche Urthel zu cassiren und aufzuheben seyen / als wir hiermit cassiren und aufheben / jedoch ist Dr. Gölchen sein der Remission ad Austragas halben beschehen Besgehren abgeschlagen / sondern ihme dieser Sachen Beschaffenheit nach / was sich auf den Libellum sub [2] in Actis prioribus samt Beylagen in specie zu handeln gebühret / obbemeldte Frist 2. Monath pro termino & prorogatione von Amts wegen hiermit präfigirt und angesetzt / mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkommen wird / alsdann auf ferneres Anrufen ergehen solle / was recht ist.

OBSER.



## OBSERVAIO LXXIX.

*Judex superior quomodo procedat, si inferior  
in materialibus bene, sed incompetenter  
judicaverit.*

**F**eri potest & in facto contigisse sæpius memini, quod Sententiam prioris Judicis in materialibus approbet Judex superior, reprobet tamen in formalibus, v. gr. si competentia Judicis à quo in dubium vocetur. Hinc in Camerali Infantia tali casu non adhibetur formula: *Ubel geurtheilt / wohl appellirt / sed simpliciter faciendo quod justum est, ne per ambages Justitia moram patiat, causa definitur, condemnando reum vel absolvendo.* Notabile & novissimum ejus rei exemplum hic subjicimus. (I) Judex à quo erat Judicium Provinciale Suevicum, & de Privilegio Exemptionis Fori Civitatis Iſnensis, licet in Camera Imperiali insinuatum non fuisset, isti Judicio Provinciali tamen non poterat non constituisse.

(1)

*Expeditum 17. Octobr. 1729.*

**I**n Sachen Burgermeister und Rath der Stadt Iſni / wider Beyland Andrea Matten Erben zu Bregenz / und deren Vormündere in Actis benannt / Zwen Tausend Gulden Capital betreffend / Appellationis, ist zuzorderst Lt. Helffrich seinem Gewalt sub [14] das gehörige Tutorium beyzufügen / und ad Acta zu legen / Zeit 2. Monatheu pro termino & prorogatione von Amts wegen hiermit angeſetzt / so dann dieser Sachen Beschaffenheit / und allem Vorbringen nach in der Haupt- Sache zu Recht erkannt / daß Appellan-



pellantischer Theil die hinweg genommene Original-Obligation mit Aufhebung der angemasten Confiscation denen Appellaten wieder zu Hand zu stellen / und dazu zu condemniren und verdammen / die Appellaten aber / wie sie zu der Cession sub [11] gekommen / und was sie dafür gegeben und bezahlt / binnen obbemeldter Frist / und sub præjudicio gebührend zu dociren schuldig / als wir hiermit condemniren und verdammen / auch schuldig erkennen / die Gerichts- Kosten bis zu der Sachen völligen Erörterung reservirend und vorbehaltend.

## OBSERVATIO LXXX.

*De Expensarum (1) Victoria, (2) retardati Processus, (3) Contumacia, diversitate & refusione.*

Improbos litigatores & damna & impensas litis adversariis suis referre cogendos esse voluit Justinianus §. 1. in princ. de pæn. temerè litig. Damnorum nomine veniunt omnia ea, quæ per protelationem litis calumniosam adversarii aliquis patitur. Sedes materiæ in Lege Imperii publica est *Ordinat. Camer. part. 3. tit. 5b. Concept. tit. 59. §.* Wir wollen auch zc. 7. Kosten und Schaden wegen des verzogenen Rechts: Distinguuntur ab expensis *litis retardatæ sive damnis*, expensæ tum *contumaciæ* tum *victoriae*. (I) Alii contumaciales expensas cum expensis litis protelatæ confundunt. Quadruplicem faciunt alii distinctionem expensarum, scil. *ob contumaciam, ob temerariam in Jus*

Z

voca-



*vocationem, ob retardatum processum, & tandem ob victoriam. (2) Nobis hoc loco de usu, vi & effectu condemnationis in expensas retardatae litis, & differentia ab expensis victoriae nonnulla observare visum fuit. (3)*

Quandoquidem vero distinctio *Hiltropii* expensarum quadruplicium in jure sit fundata, tenenda tamen simul videtur & in omnibus expensarum classibus distinctio in eas, quae ab officio *Judicis* mere descendunt, & quae *Jure actionis* debentur.

(1) Vid. *Umm. Disputat. 22. ad Process. thes. 6. Brunneman. Process. Civil. cap. 27. num. 68. cap. 7. num. 30. Lauterbach. Disputat. de Expens. Victor. §. 16.*

(2) Ita *Hiltrop. Process. part. 4. tit. 19.* ubi etiam *Analyfin* tradit *Textuum Jur. Canon. cap. cum dilecti Filii. 6. de Dolo & Contumac. cap. finem Litibus. & cap. 2. dict. tit. adjectis Porismatibus.*

(3) Inter *Camerales JCTos* materiam hanc commentando tractare *Gailius lib. 1. observat. 151. Mynsing. centur. 1. observat. 23. & observat. 45. centur. 4. observat. 48.*

### *De Expensis Victoriae.*

Victum victori ad expensarum refusionem teneri, axioma est in *l. properandum. 13. §. 6. Cod. de Judic.* Ratio, quia nemo ab altero damnum pati debet injustè; Damnum autem est, expendisse sumtus ad habendum id, quod alter sponte praestare tenebatur, neque viam *Juris* experiri oportebat. (4) Cum ergo legibus sit  
cau-



cautum, ut expensæ victoriæ sint adjudicandæ, adeo, ut Judex ipse id negligens parti læsæ ad refundendas expensas ex proprio sit coarctandus, juxta *dict. l. 13. §. 16. Cod. de Judic.* absque dubio officio Judicis istarum expensarum adjudicatio fiet, etiamsi à parte petitiæ expressè non fuerint, *Colleg. Jur. Argentorat. tit. de re judicat. num. 25.* vi clausulæ salutaris, qua petitur omni meliori modo Justitiam administrari. Vicissim si expensæ in actionem principaliter fuerint deductæ, Judex in sententia de iis decernet officio non mero, sed eo quod respondet actioni & libello. (5)

Usus differentie hujus cum observant Jcti, quod expensæ in sententia definitiva officio Judicis mero adjudicandæ, si fuerint prætermissæ, peti amplius nequeant in ista Instantia, quia functus est Judex suo officio, aliud, si tantum interlocutus fuerit. (6) Circa expensas verò, quæ actione speciali debentur etiam post publicatam definitivam, integram adhuc esse & petitionem & Judicis sententiam. (7) Jure actionis autem deberi dicuntur expensæ non solum ex conventionem, sed etiam ob contumaciam, scil. *actione in factum, ob temeritatem litigantis, per conditionem ex cap. reprehensibilis. de Appellat.* (8)

De praxi forensi id observandum est, in condemnatione ad refundendas expensas multum relictum esse arbitrio Judicis. Appellans si succumbat, nisi appellatio sit frivola & moratoria, non inique fructur



expensarum compensatione: ob solam confirmationem sententiæ prioris, cum primis si sit causa ambigua, ad expensarum refusionem non condemnabitur, vide Carpzov. *lib. 1. respons. 122. num. 31.*

*In causis Mandatorum Sine Clausula* formula paritoria plenæ expensarum condemnationem non irrogat pure, sed si condemnatus in inobedientia, quod sæpe fieri solet, continuaverit, tunc victore petente, etiam pura in expensas condemnatio sequetur. Salvo tamen Judicis arbitrio si in sententia ob causas justas condemnationem puram expresserit.

- (4) Si cui ampliationum & limitationum collectanea maximam partem supervacua arrideant, adeat Asinium *in Prax. Judic. part. 1. §. 32.* & Borellum *in Summa Decision. tom. 2. fol. 39.* ubi satiabitur. Brevius & cum delectu rem exponit, *Colleg. Jur. Argentorat. tit. de Judiciis. §. 25.*
- (5) Ita enim rectius officium Judicis distinguitur ab Oldendorpio *Præfat. ad Classis Action. §. 2.* quem sequitur Schilter. *exercitat. 47. §. 12. seq.* & ad *Institut. de Offic. Judic. aphorism. 16.* Tabor. *Disputat. Wesenbec. lib. 2. thes. 8.* Vulgata in Officium nobile & mercenarium distinctio nullibi in Legibus est fundata, vid. *Colleg. Jur. Argentorat. tit. de Judiciis. §. 52.* imo ad nostram Judiciorum formam plane inepta. Judicis dati Officium formam habuit restrictam, quod etiam hodie in Commissariis cernimus, sed eapropter mercenarium officium malè dicitur, conf. Böhmer. *Jur. Eccles. lib. 2. tit. 32. §. 4. 5. 6.*
- (6) Fabrit. *ad Mynsing. centur. 1. observat. 45.*
- (7) Anton. Faber *lib. 7. Cod. tit. 18. definit. 3.*
- (8) Anton. Faber *dict. definit. 3. num. 5.* ita etiam si debeantur Jure Statutario, peti possunt conditione ex Statuto, *Surd. de Aliment.*



*Aliment. tit. 6. quæst. 3. num. 15. quem sequitur Grav. ad Gallium lib. 1. observat. 151. considerat. 2. num. 5.*

### De Expensis retardati Processus.

Denominatio haud dubie ex Juris Civilis & Canonici Interpretum schola ad l. 4. Cod. de fruct. & lit. expens. est accepta. Textus enim reliqui cap. 2. & 5. X. de dolo & contumac. cap. 3. & fin. X. de Rescript. agunt de expensis contumaciæ. In Lege Imperii publica Ordinat. Camer. part. 3. tit. 50. §. 7. Concept. tit. 59. §. Wir wollen auch xc. 7. expressa legitur denominatio der Kosten und Schaden wegen des verzögerten Rechts. Distinguuntur autem istæ expensæ ab expensis tum contumaciæ, tum victoria. (9) Alii expensas retardati processus esse volunt speciem expensarum ob contumaciam, vid. Gail. lib. 1. observat. 151. num. 14. Igitur quem effectum habeat condemnatio in expensas retardati processus, & quæ differentia ab expensis simpliciter ita dictis, inspectionem meretur.

Equidem de expensis litis judicium regulariter ad finem Processus, h. e. sententiam definitivam, reservatur. (10) In quibus expensis comprehenduntur totius processus impensæ, quorum erogatio à partibus litigantibus interim facienda non sine magno incommodo, ita ut quandoque ob impensarum molestiam bona causa derelinquatur. Quod si Cameralis Judicii res ita constitutæ essent, ut in tanta litigantium causa-



rumque multitudine prompta actorum expeditio & decisio fieret, tunc ad praxin frequentiore[m] reduci non posset monitum Gailii *dict. loc. de refundendis expensis* in quolibet articulo processus cursum impediente, adde Mynsing. *dict. observat. 23. § 45. centur. 1.* Sed quantacunque cura sit Judicium, non tamen hucusque sufficere & leges & ipse Judicii Status, ut procrastinandarum litium studium, variarumque circumventionum, compesci potuerit satis. Fato Judiciorum omnium communi.

Est autem differentia insignis inter actorem & reum quoad condemnationem in expensas, actor si condemnatur (vid. *l. 4. Cod. de fruct. § lit. expens.*) reo promptum est remedium eundem ab ulteriori impetitione repellendi, nisi prius expensas restituerit. (II) Reus vero, si ob retardatam litem ex. gr. si litis contestationem sive responsionem ad libellum pertinaciter defugiat, vel alias moras neccat, una cum expensis Instantiæ in expensas *retardati process.* fuit condemnatus, in ea condemnatione præter impensas litis, etiam continebantur damna quantum liquidare posset actor. (I2) Sunt autem expensæ litis protelatae actori in quolibet articulo processus refundendæ, & eo nomine veniunt damna. (I3) Alias in expensarum adjudicatione damna & interesse regulariter non continentur. (I4) Judicis itaque est, ut damna simul exprimat in sententia, Id quod faciet pro re nata etiam ex officio. (I5) Dam-  
norum



norum refusio petitur quoque lite finita, Jure actionis, expensæ plerumque officio Judicis adjudicantur, adeo ut si Judex prætermiserit, censeantur compensatæ. (16) Sed cum ad condemnationem talem damnorum nomine, causâ gravior requiratur, cujus probatio sicut difficilior, ita excusatio levior, hinc præter expensas litis victor rarissime aliquid consequitur. Fructuum restitutione in actionibus realibus, & usurarum à tempore moræ in personalibus, gaudebit actor per sententiam definitivam. (17)

- (9) Umm. *disputat.* 22. ad *Process. thes.* 6. Lauterbach. *disputat. de Expens. Victor.* §. 16. Brunneman. *Process. Civil.* cap. 27. num. 68. & cap. 7. num. 33. adde Anton. Faber *lib. 2. Cod. tit. 18. definit.* 42. ubi de Poena & Expens. Contumaciæ agitur, adde Carpzov. *part. 1. constitut.* 31. *definit.* 14. *seq.* & *decis.* 242. num. 20. ita ut condemnatio in Expensas non inferat etiam damna & Interesse.
- (10) Auctore Gailio *dict. lib. 1. observat.* 151. num. 15. Mynsing. *centur. 1. observat.* 23. & 45. quos sequitur Brunneman. *dict. cap. 27. num.* 33.
- (11) Vid. Hartmanni *tit. 21. observat.* 1. Gail. *lib. 1. observat.* 141. num. 14. Mynsing. *centur. 4. observat.* 48. Umm. *dict. disputat.* 22. num. 23.
- (12) Argumento *text. Ordinat. loco supra dicto.* Carpzov. *part. 1. constitut.* 31. *definit.* 15.
- (13) Vid. Gail. *dict. observat.* 151. num. 15. Grav. *lib. 1. conclus.* 151. *considerat.* 3. Tessaure. *decis.* 67.
- (14) Lauterbach. *dicta disputat. de Expens. Victor.* §. 53. Carpzov. *dicto loco definit.* 14. *decis.* 242. num. 20. Retardasse autem quis dicatur litem, pluribus exponit *Colleg. Jur. Argentorat. tit. de re judicat.* §. 30. quæ tamen cum discretionem erunt accipienda à Judice prudente.

(15) Mev.



- (15) *Mev. part. 5. decis. 187.*  
 (16) *Mev. part. 3. decis. 128. & decis. 143. num. 4. part. 8. decis. 209. Anton. Faber lib. 7. Cod. tit. 16. definit. 2.*  
 (17) *Quæ damnorum nomine veniant, exponitur Colleg. Jur. Argentorat. ad tit. ff. de re judicat. §. 19. cui jungendus Gratian. Disceptat. Forens. cap. 833. ejusque Notator Carol. Anton. de Luca ad dict. locum num. 7. Cancer. variar. Resolut. part. 2. cap. 6. num. 31. seq. Anton. Tessaure. dict. decis. 67. Theoriam legum cum variis illustrationibus tradit Rebuff. in Repetit. l. unic. Cod. de Sentent. quæ pro eo quod interest proferuntur. Qui Tractat. inter alios novem ejusdem Authoris conjunctim editos conspicitur.*

### *De Expensis Contumaciæ.*

Expensarum contumaciæ refusio debet fieri (I) si citatus non comparuerit ante decretum factumque Proclama. Sed hæc est levior summa unius saltem floreni Cameralis 4. *Kopfstück*: Quam solvit Procurator post Proclama comparens apparitori: Unde formula consueta, daß mit dem Pedellen sich abzufinden erbietig/ & hoc vocant Contumaciam purgare. (2) In quacunque alia parte processus, si contumaciæ committatur, non refunduntur expensæ, nisi fiat condemnatio per sententiam. Id quod etiam in Interlocationibus fieri potest, prout dictum in articulo præcedente. Comprehenduntur autem in expensis Contumaciæ omnes illæ, quas pars altera in lite exponere debuit, usque ad contumaciæ purgationem actu factam. Opus ergo hic est designatione & moderatione judiciali.

OBSER-



OBSERVATIO LXXXI.

Ad Parœciam Schuz und Schirm gibt  
keine Obrigkeit.

§. I.

**N**on est una eademque ratio protectionis. Est alia *Conventionalis* & pactitia, de qua Parœmia hæc potissimum accipienda: Alia *Territorialis* à potestate suprema civili derivatur, adeo, ut idem qui est Dominus territorii, sit etiam protector necessarius. Rursus alia *delegata* à Cæsarea Majestate alicui potentiori vicino, ut loco Imperatoris protegatur aliqua civitas, universitas, vel aliud Corpus Ecclesiasticum, v. gr. Monasterium. In hac ultima specie locum etiam obtinere potest Parœmia. Ubi tamen inspiciendæ literæ protectoriæ & examinandum, an non universitas aliqua, Monasterium, vel ejus bona, olim & ab origine territorii Protectoris fuerint subiecta. Frequenter enim petita & impetrata fuerunt Protectoria ab Imperatoribus verbis generalibus, non eo fine, ut eximerentur à territorio, sed ut auctoritate summi Protectoris in Imperio ab injuriis defenderentur. (1) Crederem nullum esse in Imperio Monasterium, Benedictinorum, Cisterciensium sive Bernhardinorum, Præmonstratensium sive Norbertinorum, (2) quod Protectoria Cæsarea non impetraverit, cum tamen multa territorio Statuum sint subiecta, ut proinde à Protectorio, etiam speciali Cæsareo,



reo, minime sequatur exemptio à subjectione territoriali. Vicissim si de origine constet, quod universitas aliqua vel Monasterium ejusque bona territorio alicujus Status subjecta non fuerint: protectio pactitia vel etiam Advocatia & merum Imperium non infert subjectionem territorialem. Cum primis in terris Imperii, in quibus regula non valet universaliter, quod omne sit de territorio, quod est in territorio situm. Licet autem sæpius conjuncta sint Jus Protectionis & Advocatiæ, interdum etiam usurpentur promiscue, re ipsa tamen differunt. Protectio est *defensionis* gratia, Advocatorum vero *officium*, priusquam Monasteria propria gauderent Jurisdictione, ad hujus exercitium erat constitutum. Sunt quidem exempla passim obvia Monasteriorum à prima origine & voluntate Fundatorum exemptorum & liberorum à potestate civili, quæ tamen successu temporis occasione protectionis & Advocatiæ, usu & non contradicta possessione degenerarunt ad conditionem subjectionis territorialis; Ab istis tamen exemplis male concluderetur ad alia, ubi rationes & circumstantiæ sunt diversæ. Ipsa potestas territorialis, quam superioritatem vocant, successive ad eam, quæ hodie est, perfectionem devenit, adeo ut imperitus foret, qui ab hodierno statu ad veterem Seculorum XII. XIII. & XIV. argumentari vellet. Tametsi quoque Seculo XIV. & proxime sequentibus aliqui Status Imperii in divisionibus terrarum inter se per *denomi-*



nominationem Schuz und Schirm intellexerint potestatem territorialem; Ista tamen interpretatio non semper & in effectu ipsam rem inferre poterit contra Collegia Ecclesiastica, si exemptionis vel libertatis alia extent documenta. Neque per pacta inter alios iniqua conditio inferri debuit tertio.

(1) Est enim Casarea Majestas universalis Ecclesie Christianae Protector, der ganzen Christenheit Schuz und Schirm: Herr/ *R. A. 1512. f. 1. R. A. 1518. f. 1. der Oberste Vogt/ R. L. 1570. f. Auf solchen 2c. & f. 54.* Non imperio quidem & potestate arbitraria, sed directione, dignitate, auctoritate Legibus circumscripta, vid. *Capitulationes Casareas, post antiquiores, novissimas Leopoldi & Josephi & Caroli VI. artic. 1.* Neque cautio Statuum Augustan. Confess. versu: **So viel aber in diesem Articul den Stuhl zu Rom und Päpstliche Heiligkeit betrifft 2c. 2c.** minuit auctoritatem Casaream in Jure Protectionis & Advocatiae Ecclesiasticae supremae, sed eandem potius confirmat, nam Imperator iisdem sese obligat ad ea, quae ipsis ex Pace Religiosa, Instrumento Pacis Westphalicae aliisque Imperii Juribus competunt. Neque per dictam clausulam sublatae sunt Constitutiones Imperii, quae tribuunt Imperatori nomen & auctoritatem universalis Protectionis der Christlichen Kirche / *R. A. 1545. f. 19. der Heiligen Kirchen und Bescheiner der Concilien, R. A. 1548. f. 6. des obersten Haupts und Vogts der Christenheit / R. A. 1635. f. 10.* Ergo non solius Ecclesiae Romanae. Advocatia itaque suprema est Imperatoris, à quo particulares derivari possunt.

(2) De omnium istorum origine scripsit Hospinianus *integro Volumine de Origine & progressu Monachatus atque Ordinum Tiguri Anno 1588. Ubi de Benedictinorum Ordine antiquissimo lib. 4. De Cisterciensium, qui Benedictos reformatos sese dicunt lib. 5.*



cap. 9. seqq. De Præmonstratensium cod. lib. cap. 11. agit. Non satisfacere possunt, quæ scripsit Hildebrandus Helmstadiensis Theologus in tractatu de Religiosis Ordinibus Anno 1711.

§. II. Omnis Advocatiæ Ecclesiasticæ Monasteriorum (diversa enim est ratio Advocatiæ Urbium, de qua Müllerus *Archologia* cap. 21. adeo, ut ab his ad Monasticas argumentum non rite formetur, Heider. *Deduct. Lindav. pag. 43.* ejusd. *Discurs. von Reichs- Bogtenen pag. 45.*) non solum à Francorum Regum & Imperatorum tempore, sed à primis Christianis Imperatoribus Orientis est profecta, Lyncker. *Gravam. Extrajud. cap. 3. pag. 248.* Finis erat, ut quam minime impedirentur sodalitia ista officiis sacris vacare, Struv. *Jur. Feudal. cap. 4. §. 20. in Exegesi.* Tametsi vero primum institutum fuerit, ne secularium rerum cura distringerentur, Hospinian. *fol. 117.* adde Magerum *de Advoc. armat. cap. 10. num. 45.* cessavit tamen iste rigor successu temporis cum Advocati vel à Regibus constituti vel à Monasteriis assumpti in rem suam magis quam clientum, officio fungerentur, Böhmer. *Jur. Ecclesiast. lib. 3. tit. 20. de feud. §. 80. 82.* Paulini *de Advoc. & Oeconom. Monasticis §. 17.*

§. III. *Advocatia & Protectio* licet synonimice sæpius accipiantur, sunt tamen officia sua natura diversa. *Protector* agebat defensorem requisitus, contra injurias vel actu existentes vel futuras, etiam ab ipsis Advocatis profectas. Extant ejus rei exempla in *Document.*



ment. *Monasterior. Württembergens.* *Advocati* officium erat magis ordinarium in Jure administrando & rationibus inspiciendis. *Oeconomi* officium erat bonorum administratio, vid. Paulini, qui fuit diligens Monasticorum rerum scrutator *dicto tractat. §. 13.* Patet hinc differentia inter Advocatum, Protectorem & territorii Dominum, & veritas Parœmiæ **Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit** / si cætera sint paria. Extra territorii fines non est potestas Domini territorii: Advocati & Protectoris officium ad bona Monasterii alia pertingere potest.

§. IV. Ex diversitate Diplomatum conditionem Advocatorum non eandem ubique, sed variam eorum potestatem fuisse colligitur. Hinc Diplomata Imper. ne Protector pro territorii Domino vel Advocato se gerere debeat, vid. *Documenta Württemberg. pag. 145.* Fuerunt scil. varii generis Advocati & Protectores, & diversæ potestatis. Multum igitur erraret, qui ex Diplomate uno alterove argumentum generale colligeret. (3)

(3) Neque hoc Auctoris *tractatus de Jactata Cisterciensium Libertate* (sive fuerit *Wegelinus* sive ipse *Hertius* Antecessor *Giffensis*) consilium fuisse puto. Non videtur tamen ubique hanc argumentationem satis cavisse. *Sec. 3. §. 5.* recenset sententiam *Mageri de Advocatia armata cap. 2. num. 233. & cap. 10. num. 407. cap. 11. num. 76.* quod modernis Protectoribus quibuscunque præter tuendi potestatem eique annexa, plus Juris non competat Kraft des Schutzes: Nulla administratio neque Jurisdictio: Auctor *Dissertationis* hanc sententiam *Mageri §. VI. parvi*



ponderis esse dicit, & contrarium probare aggreditur: (1.) Ex ratione Advocatorum sub Regno Francorum, de qua tamen tempestate ipse *Magerus* aliter docuerat *cap. II. num. 64. seqq.* (2.) §. X. Per exempla, in quibus Regionum Domini in Monasteriis à se conditis Jus Advocatiæ sibi & Successoribus reservarunt, vel ubi Jus Advocatiæ antea ex fundatione quæsitum Investiturâ Cæsarea fuit corroboratum. (3.) Per exempla Advocatiæ reservatæ, ab iis, qui Monasteria locupletarunt, §. XII. vel ubi Monasteria sibi ipsis adscivere Advocatos, §. XIII. His præmissis Auctor §. XIV. distinguit Advocatias in eas, quæ sunt libere delatæ, vel quæ à Fundatoribus reservatæ. Si de prioribus esset quæstio, inspiciendam esse Formulam Pactionis. Posteriore casu Advocatiam non esse nudum Jus protegendum, sed amplam insignemque potestatem Juris dicendi & emolumenta percipiendi. Hanc thesin invictis argumentis vult demonstrare §. XV. Tandem §. XX. declarat, se non loqui de Advocatis modernis sed de antiquis, ab Imperatoribus aut Regionum Dominis constitutis. Quis non videt mutatum esse statum controversiæ? Sed hac de re alibi plura.

## OBSERVATIO LXXXII.

### *Considerationes ad Articulos aliquos Instrumenti Pacis Osnabrugensis, & ad Meditationes Hennigesii.*

**N**on est, neque privatorum neque ipsorum Imperii Judiciorum, interpretes agere Legum publicarum, *Instrum. Pac. Artic. V. §. 56. Artic. VIII. §. 2.* sed funguntur Judicia officio demandato ipsis in Constitutionibus Imperii, ut secundum Leges causas definiant & ab incongruis interpretationibus vel dubiis ima-



imaginariis (de veris enim loquitur *dict. §. 56. Artic. V.*)  
quæ causarum patroni suggerunt quandoque, eas libe-  
rent, neque cuilibet inventa propria, causæ serviendo,  
protrudere permittant.

§. I. *Ad §. Quæcunque Monasteria &c.*  
*Artic. V. §. 25.*

Agit hic locus de Monasteriis, Collegiis, Fun-  
dationibus, &c. *mediatis*. Perperam igitur contra cla-  
ritatem verborum intelligeretur de immediatis, vel de  
iis, de quorum statu est controversia in Judicio. Tex-  
tus enim Legis Pragmaticæ status quæstionem non de-  
cidit, sed supponit esse mediatum aliquod Collegium  
vel foundationem. Sequentia verba? *Aut quod non de-  
vel in territorio Augustan. Confess. Statuum vel exem-  
ta, vel aliis Statibus Jure Suffraganeatus, Diacona-  
tus, aliæve quavis ratione obligata fuisse dicuntur*, in  
controversia de exemptione non inferunt conclusionem  
ad Statum alicujus Collegii mediatum. Nam sic com-  
mitteretur fallacia petitionis ejus, quod est in princi-  
pio. Et tali ratione cessaret omne fundamentum Anni  
decretorii. Nimirum ante Pacem Westphal. semper  
fuerat controversia de potestate Dominorum territorii  
in Monasteria Religionis Cathol. Romanæ, cum ista soli  
Romano Pontifici, nullæ vero civili potestati subjecta  
esse se dicerent. Hanc controversiam tollere voluere  
Pacificatores per Legem Pragmaticam, postquam abo-  
lito



lito Edicto Ferdinandino de Anno 1692. Monasteria, Collegia, Foundationes &c. juxta normam Anni decretorii restituenda essent, quæ restitutio non deberet impediri per exceptionem ullam Fori Ecclesiastici, acsi Monasterium vel Collegium in territorio existens, ob qualitatem Ecclesiasticam à potestate territoriali esset exemptum, sive ut loquuntur, non esse *de territorio*, conf. *Meditat. ad Instr. Pac. ad dict. §. 25. pag. 327. junct. pag. 397. lit. G.* ubi tradit Auctor celebris solam possessionem attendi debere in Anno decretorio probatam, si etiam territorium ipsum sit controversum.

§. II. *Ad §. Omnia quoque Monasteria &c. Artic. V. §. 26.*

Verba: *Quod si quoque Augustana Confessione addicti in ejusmodi bonis Ecclesiasticis mediatis, dicto Anno dieque à Catholicis realiter plenè vel ex parte possessis, fura presentandi, visitandi, inspectionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, apertura, hospitalionis, servitiorum, operarum, habuerunt, item Parochos, Prepositos ibi aluerunt, fura ista illa sarta tecta que maneant.* Parallela sunt huic versiculo quodammodo verba *Sphi 46. ibi: Si alicubi etiam Augustana Confessionis Status quadam protectionis, Advocatie, apertura, hospitalionis, operarum, aut alia fura in Catholicorum Ecclesiasticorum ditionibus & bonis sive intra, sive extra territorium sitis, legitimo*



timo usu aut concessione habuerunt, quemadmodum etiam Catholici Status, si quid ejusmodi ipsis circa bona Ecclesiastica, Augustan. Confess. Statibus acquisita, competit, omnes ex aequo Jura sua pristina retineant, ita tamen ut ne per usum ejusmodi Jurium, bonorum Ecclesiasticorum redditus nimium praevertantur & exhauriantur.

Dispositioni huic Instrumenti Pacis dicto §. 26. vers. quodsi quoque terminus à quo &c. prima Januarii additus non est, neque fieri potuit, quia agitur de Juribus non quavis die, sed occasione emergente exercendis, cum itaque Buckisch. in Notis ad Instrument. Pacis §. 26. possessionem Jurium ad exercitium in die prima Januarii 1624. restringere visus esset, requirendo possessionem realem, exclusa possessione animo retenta, merito reprehensus est ab Auctore Meditationum pag. 410. lit. Ee. qui tamen ipse agnoscit, terminum eundem possessionis esse positum Augustan. Confess. Statibus, qui §. superiore in omnibus bonis Ecclesiasticis pro regula erat constitutus. Cui ego illustrationis gratia hoc addiderim. Ad probandam possessionem sufficere probatam esse facultatem, ab aliquo actu, antea absque contradictione modo legitimo exercito, proveniente, vid. eundem Auctorem Meditationum pag. 407. lit. y. ubi agit de Jure Primariarum Precum. Nisi enim ita accipiatur Legis dispositio, nunquam fere existeret ejus applicatio. Quotusquisque enim est, qui imaginari sibi queat, voluisse Conditores Legis ut ejus-



modi Jura ubicunque locorum præcise in die prima Januarii 1624. exercita ipso actu fuerint? Ergo si ante Annum 1624. qui omnino & semper regulam constituit *Instrum. Pac. artic. V. §. 2.* (excepto solo casu restitutionis *ex capite Amnestiæ §. 13.* qui tamen ad casum præsentem nullo modo facit) Jura aliqua exercita fuere non tantum verbis enunciativis, sed realiter & cum effectu, nulla contradictione interveniente, licet nec prima Januarii, nec toto Anno 1624. extiterit actus similis, censebuntur tamen possessa esse realiter in ipso anno & die decretorio. Stricte autem accipienda est possessio nequaquam cum extensione arbitraria ultra terminos legales & ipsum exercitium, cum primis in Jure tali, quod habet latitudinem, totum, quod Metaphysici dicunt potestativum, (melius describeres cum Hennigefio *dissertat. de superiorit. territor. §. 30.* aggregatum ex multis actibus Jurisdictionis & Imperii) proinde non plus censebitur tributum quam possessum. Uterque locus *Instrum. Pac. §. 25. & 26.* loquitur de Monasteriis, Collegiis, &c. quæ essent mediata absque controversia. De controverso territorio textus est *§. 43.* possessori anni decretorii idem Jus esse debere, donec super possessorio & petitorio cognoscatur & decidatur. Agitur hoc loco de exercitio Religionis publico. Ex eo tamen argumentum aliquod desumi potest ad quæstiones alias, ubi in applicatione possessio anni decretorii bene erit observanda.

De



De limitatione quæ legitur in §. 26. *vers. Modo per hoc in istiusmodi bonis Ecclesiasticis &c.* operæ pretium est instituere considerationem: difficultatem peperit variarum materiarum in hoc Articulo combinatio & commentatorum in secernendis iis vel digerendis pro cuiusque ingenio adhibita cura. *Hennigesius* non satis liquere sibi dicit, quo pertinerent ista verba, unde paraphrasin suam pag. 412. nemini obtrudere se vellemodeste declaravit. Scilicet ipse omnem vim istorum verborum ad casum *Juris devoluti* in collatione præbendarum refert. Et bona Ecclesiastica istiusmodi intelligit de iis, in quibus Anno 1624. prima Januarii Catholici Augustan. Confess. addicti promiscue vixerunt. Qua de re in §. 26. agitur quidem *vers. In quibuscunque vero &c.* Sed intercedunt multæ aliæ plane distinctæ materiæ, usque ad versum: *Modo per hoc &c.*

Meditationes nostræ sunt sequentes salvo iudicio cuiusque meliore: Scopus Pacificationis fuit, ut utriusque Religionis Consortes viverent inter se mutuâ æqualitate *Artic. V. §. 1.* Eadem est intentio *Pacis Religiosæ An. 1555.* conclusæ, & in *Pac. Westphal.* confirmatæ, vid. §. Unde *damit solchem Fried. 2c. 15.* & §. *Dagegen sollen 2c. 16.* ubi de libertate Religionis, Rituum, Ceremoniarum & Ordinationum Ecclesiasticarum. Quod si Statuum Augustan. Confess. aliquis in Monasterio Catho-



lico suæ ditionis exercere voluerit Jura præsentandi, visitandi, corrigendi, confirmandi contra Catholicæ Religionis & Ordinis instituta, omnemque Jurisdictionem Magistratui Catholicorum Ecclesiastico abrogare, hæc foret mea opinione inæqualitas, contra totius Pacificationis scopum. Proinde verba *Artic. V. §. 26. modo per hoc* (ita legitur in plerisque exemplis, in nonnullis vero *hos*, scilicet *eosdem* Augustan. Confess. addictos) in istiusmodi bonis Ecclesiasticis mediatis instituto Catholicæ Religionis nihil præjudicetur, & Magistratui Catholicorum Ecclesiastico sua Jura ex instituto Ordinis in ipsos Religiosos competentia salva & illibata sint, non modo ad casum unicum Juris devoluti, sed ad omnia præcedentia quoque pertinere crediderim, ita ut sensus sit talis, post verba: *ex Jure devoluto ad eosdem pertineat. Modo per hoc*, quod scil. in præcedentibus constitutum de Juribus Statuum Augustan. Confess. in Monasteriis & Foundationibus Catholicis mediatis, quod enim verba: *in ejusmodi bonis Ecclesiasticis &c.* Hennigesius intelligit non nisi ea, in quibus promiscue vixerunt Catholici & Augustan. Confess. addicti, ad Monasteria Ordinum regularium non quadrat. Hæc enim præbendas non habent, de quarum collatione & Jure devoluto ullus posset existere casus ad Status Augustan. Confess. pertinens. Et tamen paragraphi hujus principium



pium loquitur de omnibus Monasteriis, Foundationibus & Sodalitiis mediatis à Catholicis possessis prima Januarii 1624. etiam in territoriis Statuum Augustan. Confess. litis, quod debeant ea possidere similiter, ergo etiam juxta instituta Ordinis salva Jurisdictione Ecclesiastica Catholicorum in ipsos Religiosos.

*§. III. Ad Artic. V. §. 54.*

Verba : *Cæsarea Majestas mandabit , ut non solum in isto Judicio Camerali cause Ecclesiastica , ut & Politica , inter Catholicos & Augustanae Confessionis Status , vel inter hos solos vertentes , vel etiam quando Catholicis contra Catholicos Status litigantibus tertius interveniens Augustanae Confessionis Status erit : & vicissim quando Augustan. Confess. Status contra ejusdem Confessionis Status litigantibus tertius interveniens erit Catholicus , adlectis ex utraque Religione pari numero Assessoribus , discutiantur & dijudicentur. Sed idem etiam in Judicio Aulico observetur &c.*

Dubium se ostendit Hennigel. *in Meditat. ad hunc locum*, quæve intentio verborum, *vel inter hos solos.*

Nobis videtur res esse planissima, dubitationem vero ortam ex commate in nonnullis exemplis posito post vocabulum *solos*, cum potius esset ponendum,



quod etiam in plerique exemplis factum videmus, post verbum *vertentes*. Ita ut exprimantur in dictis verbis casus tantum duo, tali forte paraphrasi: *Mandabit Cesarea Majestas, ut in Judicio Camerali causa Ecclesiastica & Politica inter Status Catholicos & Augustanae Confessionis, sive inter hos solos Catholicos & Augustanae Confessionis Status vertentes, qui est casus primus, sive interveniat, qui est casus secundus, inter Catholicos tertius Augustanae Confessionis, vel vicissim inter Augustanae Confessionis Status, tertius Catholicus, causa pari numero Assessorum ex utraque Religione discutiantur & judicentur.* Tertium casum, quando scilicet causa inter solos Augustanae Confessionis Status vertatur, hic expressum esse non existimo, neque fuisse necessarium. Alias enim exprimendus fuisset etiam casus Statuum inter se litigantium Catholicorum. Hi, post Pacem Religiosam dubium non moverunt, an non in ipsorum causis etiam Assessores Augustanae Confessionis Judices esse possent, proinde etiam Status Augustanae Confessionis non recusarunt Judices Assessores Catholicos. Ergo de paritate Assessorum utriusque Religionis tantum fuit quaestio. Et cum Augustanae Confessionis Status, qui Reformati dicuntur, non constituent corpus separatum in Imperii Conventibus, sed sub nomine Corporis Evangelicorum, h. e. Augustanae Confessionis haud dubie comprehendantur, non potuit non fieri, ut in Judiciis Imperii nullum inter hos

statue-



statueretur discrimen, & in causis dijudicandis Assessores Augustanæ Confessionis promiscue accipiantur; nulla admessa differentia in numero & paritate votantium. Quam in rem notabile est *Conclusum pleni 12. Septembr. 1679.*

*§. IV. Alia Observatio ad §. Quæcumque Monasteria &c. 25.*

Verba: *Ut & eorum redditus furæque, quocunque ea nomine appellata fuerint &c.*

Seculo XVI. tempore reformationis sacrorum occupata fuisse multa bona Ecclesiastica Catholicorum, tota Historia docet. Ubi cunque autem universitas aliqua Ecclesiastica vel Monasterium in territorio situm occupabatur, reformando & Statum ejus mutando, Dominus territorii assererebat sibi Jus in bona Monasterii omnia, non solum, quæ in territorio suo erant sita, sed etiam, quæ in alio. Variis exinde ortis querelis, Pacis causa in Imperio conventio facta est An. 1529. Spiræ in *Recess. Imper. §. 10.* Daß kein Stand den andern Glaubens halber vergewaltigen / noch seiner Renthen / Zinß und Güther entwehren solle. Porro Anno 1541. in Comitibus Ratisbonens. & *Recess. Imper. §. 26. vers.* Auch die Klöster &c. &c. sollen denen Geistlichen / so sich der Entsetzung halber beklagen / ihre Renthen und Einkommen / so viel sie deren noch in Possession sind / hinfüro unweigerlich



gerlich gefolget werden / mit *Suspension* aller darüber vorhin erhobenen *Cameral-Proceffen*. Repetitur hæc Constitutio in Comitibus sequentibus Spirensibus Anno 1544. *Recess. Imper. §. 83. 84. 86. 87.* & ampliatur verbis sequentibus : daß die *Clöster / Geistliche Stifft und Häuser / ungeachtet welches Theils Religion die seyen / scilicet post factam Reformationem*, die *Renthen / Einkommen und Güther / so in eines andern Fürstenthum und Obigkeit gelegen / verabsolget* werden sollen : doch daß gleichwohl jedem *Stand / unter dem die Gült / Zins oder Güther gelegen / die einem andern Kloster / Stifft / Spital / Hauß oder Kirche in ein ander Land folgen sollen / an dieselbe Güther seine Weltliche Obigkeit / so sie von Anfang dieses Streits in der Religion davon gehabt / und in Brauch gewesen / vorbehalten* und demselben nichts benommen seyn solle. Tandem in *Pacificacione Religiosa Anno 1555. §. 19.* Die eingezogene *Geistliche Güther / welche einem Reichs- Stand nicht zugehörig / i. e. in territorio ejus sita quidem, sed ab alio occupata*, und deren Besitz die *Geistlichen zur Zeit des Passauischen Vertrags / oder seithero nicht gehabt / sollen in diesem Frieden-Stand mit begriffen seyn / und wie jeder Stand damit verordnet / dabey gelassen werden / mit gänglicher Cassirung aller Cameral-Processe. Deinde §. 21. repetuntur verba Recessus Imperii Anno 1544. §. 87. supra recensita.*

Nihil



Nihil in his omnibus per Pacificationem Westphalicam fuit mutatum, sed potius in Pacificatione Religionis causa facta Anno 1555. confirmata, vid. *Instrum. Pac. Westphal. Artic. V. §. 1.* considerandum ergo est existente controversia de Jure territoriali, quantum possessum fuerit & exercitum in locis ad Monasterium pertinentibus ante initium Reformationis, vel postea legitime quæsitum.

### OBSERVATIO LXXXIII.

*Jus protimiseos in venditione Feudi Dominus sibi asserere nequit, si ipse ad alienandum consensum dederit; Speciatim de Feudis Mechlenburgicis.*

Princeps Imperii & feudi Dominus decreto asseruit sibi Jus protimiseos in venditione feudi contra Vassallum emtorem. Hic ad Cameram appellaverat. In quæstione de fundata Jurisdictione supremi Judicii considerabatur modus decreti Principis, qui si fuisset mere extrajudicialis, pertinebat causa ad primam Instantiam Austrægarum, *Recess. Imper. 1594. §. 95.* Aliud vero dicendum, si in via cognitionis Judicialis latum fuit decretum, ita ut Princeps & partis & Judicis vires egerit. Tali enim casu nequidem Privilegium de non appellando impedit provocationem. Dictum hac de re in *Commentat. Systemat. sect. 1. pag. 181.* De Jure protimiseos non est dubium Domino feudi competere,



tere, (non Jure feudali Longobardico, *cap. enim 2. feud. 9.* de eo tempore est accipiendum, quo alienare licebat feudum absque Domini consensu, sed moribus Germaniæ) Rosenthal. *de Feudis cap. 9. conclus. 87. num. 1.* Pegius vom Einstand, *Recht lib. 2. pag. 7.* Hartman. Pistor. *lib. 2. quest. 12.* Köppen *decif. 52.* Tarnov. *de Feudis Mechlenburgicis part. 2. sect. 2. cap. 2. §. 2.* Specialiter in feudis Megapolitanis Jus protimiferos non excluditur pacto Ducis Megapolitan. cum Statibus Provinciæ Anno 1572. & Recessus Anno 1621. Neque obstat, quod dicitur teneri Dominum Ducem Megapolitanum feuda conferre aliis ex Nobilitate. Est enim hæc assertio nondum firmata Conventionione publica, *Reichs Archiv part. special. rubr. Mechlenburg. pag. 634.* Non potest autem uti Dominus Jure protimiferos, si ipse ad alienandum feudum absque reservatione consensum dederit. Et quanquam Rosenthalius renunciationem expressam requirat *cap. 9. conclus. 91.* firmior tamen est doctrina Schraderi *de Feudis part. 8. cap. 4. num. 29.* Hartman. Pistor. *lib. 2. quest. 12. num. 49. seqq.* Si ergo Dominus emtorem feudi citasset, ut de laudemio præstando cum eo ageretur, hicque paratum sese exhibuisset, Decreto contrario Curiæ feudalis Jus protimiferos stabiliri non poterat. Fundata itaque satis Jurisdictione Camerae sententia pro emtore contra Dominum fuit unanimi votorum consensu publicata Anno 1729.

OBSER-



OBSERVATIO LXXXIV.

*Singularia Feudorum in diversis Regionibus Germaniæ.*

DE diversitate Feudorum in Germaniæ Regionibus occupavimus dicere aliqua *precedente Observat. XIII.* Materia hæc est adeo fertilis, ut exhauriri vix queat. Idcirco per particulas est tractanda.

§. I. Famosa est traditio de natura feudorum *Episcopatum Bambergensium & Herbipolensium*, quod Agnatus nobilis, etiamsi à primo acquirente non descendat, habeat tamen Jus petendi investituram, si sit ei nomen familiæ, & insignia cum defuncto habuerit communia, quam vocant *Belehnung auf Schild und Helm.* Prolixa est hac de materia tractatio in duobus Consiliis Advocatorum quondam in Camera Imperiali Spirensium. Quorum alterum *Joachimo Müllero*, alterum *Henrico Rosenthalio & Goswino Statmanno*, auctoribus conscripta fuere An. 1605. & 1606. Utrumque collectioni Casparis Klockii (is enim alienos labores adoptare solitus erat) insertum legitur *volum. IV. consil. 79. & 80.* In eorum manuscripta incidisse *Wernerum à Rust* præsentatum olim ad officium Assessors Camerae, admodum est credibile; totum enim specimen conscriptum fuit Anno 1610. vel 1612. quod legitur in *Volumine Relationum* ab eodem *Klockio editarum Num. V.* & sequitur principia in illis Consiliis tradita.



dita. Hos ergo fontes velut omni exceptione majores allegant inculcantque, qui, exortis quandoque controversiis de natura istorum feudorum, Agnatorum partes tuentur. Jungitur etiam ex *Adriani Gylmanni* (I) *Volume Decisionum* quæ *Gaulii & Meichneri* nomina celebria præ se ferunt *parte II. decisio 27.* in causa S. contra W. (mutata est errore vel Correctoris, vel Typographi litera B. in S. vera enim actorum rubrica est *von Berg* contra *Herrn Bischoffen zu Würzburg*) ubi similia reperiuntur, licet jejune satis deducta principia.

In universum de ista traditione sic est sentiendum: quod licet dentur feudorum aliqua, conventionibus cum Principe Episcopo & feudi Domino sic formata, ut intuitu familiæ totius Investitura alicui collata fuerit, regulam tamen generalem minime constituere, imo in plerisque feudis fallere. De primo acquirente si per antiquitatem omnia sint obscura, esse poterit aliqua, cæteris etiam paribus præsumtio pro Agnato investituram petente. Minime vero si primus acquirens sit notus, & quod Agnatus ab eo non descendat, neque in prima Investitura fuerit comprehensus. Hæc omnia alibi tractavimus pluribus ex instituto.

(I) Fictum esse nomen *Adriani Gylmanni* quod inscriptum est non solum Operi Symphorematum, sed etiam Decisionum, jam dudum innotuit Camerali Collegio. Auctor est hodie, & fuit olim cum ederentur hæc Opera, incertus, neque de eo magna tunc temporis fuit cura. Proinde quæ in istis Voluminibus

rapso-







obsequium & honorem : Noverit vestra Reverentia , quod habito Consilio quorundam Ministerialium nostrorum Viro- rum satis providorum plene instructi sumus de hoc quod com- mune Jus est omnium Ministerialium nostrorum , quod *Bona Feudalia* quæ à nobis dependent , per quæ aliquis de nostris Ministerialibus per nos est infeudatus , ad nos *per obitum ali- cujus eorum devolvi non possint ullo modo , sed proximus hæres in linea Affinitatis hujusmodi Bona , sive sit masculus sive fœ- mina , possidebit* , unde cum vestri Ministeriales ac nostri uno eodem Jure perfruantur , veluti ab antiquis temporibus in Westphalia per nostros Prædecessores est conceptum , studio- se vos petimus , quatenus dictum Schwicker vestrum Mini- sterialem hujusmodi Jure perfrui permittatis , ne Jus ipsum per vos in aliquo violari videatur , quod ab antiquis tempori- bus est conceptum , harum nostrarum Testimonio Literarum datarum sub Sigillo nostro majore , ac etiam Sigillis Everhardi de Menninghausen , Conradi de Hüsten , Gerhardi de Pletten- berg , Ministerialium nostrorum , qui omnes una nobiscum hujusmodi Consilio interfuerunt præsentibus appenso , Anno Domini MCCCII. Dominica proxima post Festum Pente- costes.

*Num. II.*

**I**nstruction was von wegen unser Ernesten von Gottes Gnaden Erzh. Bischoffen zu Cöllen / des Heiligen Römi- schen Reichs durch Italien Erzh. Canzlern ꝛc. die Beste / unsere Droste respectivè zu Kempen und des Landes Has- banien Geheime Rätthe und Liebe Getreue Arnold von Wachtendöncz zum Bruch / und Reinhard von Rosa zu Konfines / bey dem Hochwürdigem Durchläuchtigen Fürsten / unserem freundlichen lieben Vetterm Herrn Alberten / der Heiligen Römischen Kirchen Cardinaln &c. in etlichen un- ser und unsers Erzh. Stifts Sachen anbringen und ver- richten sollen.

Anfänglich sollen die Gesandten ꝛc. ꝛc.

*Clau-*



## Clausula Concernens:

**N**eben diesem ist notorium und Land / kündig / daß alle des Erzh / Stifts Cöllen Lehen dieser Zeit pro Feudis communibus gehalten / in quibus sine ullo Sexus discrimine Successio ad Proximiores deferirt wird / und möchte derowegen gemeldte Wittib von Newenath in Krafft des gemeinen Land / Brauchs von derselben Succession nicht abgehalten werden / und irret dagegen nicht / kan auch gemeldtem von Reifferschmidt zu Recht nicht vortrüglich seyn / quod de Pacto & Providentia Majorum angezogen wird.

## Num. III.

**W**ir des Hochwürdigsten Durchläuchtigsten und Hochgebohrnen Fürsten und Herrn Herrn Ernesten Erzh / Bischoffen zu Cöllen und Churfürsten zc. unsers gnädigsten Herrn Westphälische Rätthe / thun hiermit zu wissen / nach dem neulicher Zeit in Sachen und Rechtfertigung so sich zwischen den Wohlgebohrnen Herren Gevettern und Brüdern Grafen zu Solms / Herren zu Münzenberg und Sonnenwald zc. Klägern eins / und den auch Wohlgebohrnen Herrn Philippen Grafen zu der Marck und Manderscheid / Freyherrn zu Lühnen und Serin zc. Herrn Christoph Ludwigen Lönnstein / Herrn zu Scharffeneg / und Herrn Dietrichen zu Manderscheid / auch ihren dreyen Gemahlen / Catharinen Elisabethen und Annen Amalien respectivè Grafen und Gräffinnen / und der Wohlgebohrnen Frauen Magdalena gebohrner Gräffinne von Nassau / als Vormündern ihrer mit Weyland Grafen Joachim von Manderscheid erzielten ehelichen Töchter / Beklagten andern Theils / am Hochlöbl. Kayserl. Cammer / Gericht streitig erhellet / den Ehren / Best und Hochgelährten Johann Kemp / der Rechten Doctor, Churfürstlicher Cöllnischer Rath und Kayserl. Commissarius an uns Requisitionales um Edition und Herausgebung etlicher Documenten und Briefflicher

Urkun-



Urkunden / auch Attestation und Bezeugnissen / wie es dieses Orts mit Succession der Lehen bisshero observiret und behalten worden / und noch. Und ob nicht in diesem Westphälischen Fürstenthum der ungezweiffelte notorische Gebrauch sey / daß die Lehen auf das nächste Geblüt / auch Weiblichen Geschlechts / remotioribus Agnatis regulariter exclusis, devolviren / außgehen lassen / und wir denen darauf der Gerechtigkeit und Wahrheit zu steuer darin uns schuldig erkannt / inmassen wir dann verschiener Zeit auch obgemeldtem Herrn Kayserlichen Commissario in seiner Gegenwartigkeit aus der allhiefigen Arnspergischen Registratur und Archivo etliche Jura über die in denen anhero gelangten Directorio specificirte und andere Fälle / so sich in dieser Westphälischen Landschaft bey der Succession der Lehen zugetragen / communiciren und extrahiren lassen / als wir aber jeho nochmals über berührten gemeinen Gebrauch / und sonderlich wegen etlicher in specie darin vermeldter auch allnoch in Esse fürhandener Geschlecht und Stamm / als der Kettler / Länstein / Schnellenberg / Schade / Töck / Berdinghausen / und Fürstenberg / und daß eben wohl dero selbstnen Lehen auf die nächsten Bluts Verwandten / auch Weiblichen Geschlechts / verfallen und vererbet seyn / unsere Bekanntnisse und Attestation erfordert worden / wir auch uns zu erinnern wissen / daß obernennte Geschlecht und Stamm allnoch fürhanden / und in angedeuteten und mehr Fällen die Weibs Personen zu der Lehenschaft mit Ausschließung anderer weiterer Agnaten seyn gestattet und zugelassen worden : Auch des Endes nach weiterer Auffuchung in der Cansley thun lassen / und darauf noch alte und neue Lehen Brieffe und andere Beweissthum befunden / daraus weiter zu ersehen / daß in angedeuteten Fällen mit der Succession der gemeinen Lehen in diesem Westphälischen Fürstenthum befunden / und Graffschafft von Arnsperg also gehalten ; Derowegen haben wir aus dem versiegelten und un-

ver-



verlehten Original - Lehen, Briefen und Revertalien die Copeyen abschreiben / und unter des Westphälischen Land - Schreibers Rudolphen Höning unterschriebener Hand ediren und heraus geben lassen / welche hieneben obgemeldtem Herrn Commissario verschlossen zugeschickt / dabey wir dann ferner attestiren und bekennen / das es bey unserem Gedencen / und so viel wir von den Alten jederzeit berichtet seynd / hier in diesem Westphälischen Fürstenthum und Landschaft / wie auch der Graffschafft Arnsberg also herbracht / und für eine uralte Gewohnheit gehalten werde : Das die Lehen auf die nechste Bluts - Verwandten / auch Weiblichen Geschlechts / devolviret, und die weitere Anverwandten Agnaten aufgeschlossen werden ; Und dieweil wir uns dann dessen als / und keines andern zu berichten wissen / haben wir hier über gegenwärtige Documenta begreiffen, und mit höchstgedachtem unserm gnädigsten Churfürstens und Herrn Insigel versiegeln lassen. Geschehen und gegeben am Zwölfften Junii Anno Tausend Sechs Hundert und Drey.

Num. IV.

Nachdem uns der gegenwärtige / bey jetziger Land - Tags versammleter Ritterschafft / die Edle / Viel - Ehr - und Tugendreiche Frau Anna / gebohrne von Hanxlede, Wittib von Hahfeld zu Wildenburg / und Winold Westrum zu Simmern / zu erkennen gegeben / was gestalt etwan Reinbert und Gerhard Gebrüdere deren von Hanxlede zu Hardtringen und Hondlinghausen / etlich an das Hochwürdig Thum - Capitel zu Cöllen Lehen - rührige Güther zu Defferen und Siveringhausen gelegen / hinterlassen / welche auf sie als ermeldter Gebrüder von Hanxlede Eheleibliche Schwester und respectivè Schwester und Spillmagen devolvirt und erfallen / sie auch die Belehnunge bey dem Hochwürdigsten Durchläuchtigsten und Hochgebohrnen unserm gnädigsten Churfürsten und Herrn unterthänigst gesucht und gebetten /

Dd

aber



aber bis hiezu nicht erhalten/ und dahero sich besorgen thäte/  
 wie sie auch im Werck zum Theil gespüret / daß der ur-  
 alte bey dieser Westphälischen Ritterschafft hergebrachte  
 Lands- Gebrauch/ daß nemlich auch die nechsten Spillma-  
 gen und Bluts- Verwandten aus Weiblichen Linien und  
 Weiblichem Geschlecht zu den gemeinen Geislichen oder  
 Krum- Stabs- Lehen succediren/ zum Zweifel gezogen/  
 und ihnen zum Nachtheil controversirt werden möchte/ de-  
 rowegen uns ersuchet und angelangt haben / ihnen von sol-  
 chem uralten Land- Gebrauch Arrestation, so dann an höchst-  
 gemeldte Ihre Churfürstlichen Durchläucht zu Cöllen un-  
 fern gnädigsten Herrn um Handhabung desselben unterthä-  
 nigst Intercession mit zu theilen; Als bezeugen wir obge-  
 meldte gegenwärtige Ritterschafft hiermit samt und son-  
 ders/ daß obberührter Lands- Brauch/ daß nemlich auch  
 aus der Weiblichen Linie und Weiblichen Geschlechts die  
 nechste Bluts- Verwandten und Spillmagen zu den ge-  
 meinen Geislichen und Krum- Stabs- Lehen succedi-  
 ren/ auch remotioribus Agnatis, da dieselbe fürhanden/  
 präferirt werden/ für undenklicher Zeit zu dieser Westphä-  
 lischen Landschafft zu vielen unterschiedlichen Successions-  
 Fällen hergebracht/ und also dieser Orten in notorischer Ob-  
 servanz ist; Inmassen auch unserer etliche belebt und erfah-  
 ren/ daß die Churfürstliche Herren Rätthe solches in Herrn  
 Grafen von Solms contra Manderscheid / Caspar Wiede  
 zu Anecke wider Johann Wolffen zur Fuchten/ und son-  
 sten bezeuget und attestiret haben. Gereicht an Ihre Chur-  
 fürstliche Durchläucht unsern gnädigsten Herrn unsere un-  
 terthänigste Bitte/ Ihre Churfürstliche Durchläucht gerus-  
 hen die Westphälische Ritterschafft bey sothaner uralten  
 Lands- Gerechtigkeit gnädigst zu manuceniren und zu hand-  
 haben; Wie wir dann sämtlich bewilliget / obgemeldetem  
 Westrum und seinen Consorten diesen Schein hierüber mito  
 zu theilen/ welchen zur Wahrheits Urkund etliche aus uns  
 serem



feren Mitteln / weil die andere verzogen / mit eigenen Händen haben unterschrieben. Geschehen und signirt Arnsherg am 20. Augusti Anno 1614.

Heiningen Schade / Drost. Stephan von Brede / Drost. Caspar Dieterich von Schorlemmer / Drost. Friedrich von Fürstenberg / Drost. Caspar Meschede / Drost. Georg von Böckefeld genannt Schungel. Lorenz Schungel. Georg Rembert von Bredenoël. Caspar Berndt von Bogreffen. Philipps Hillebrand Bogreffen. Jost Dieterich Bogreffen. Caspar von Hengen der Jüngere. Caspar Wiede. Heinrich Schungel. Johann von Plettenberg zu Lehnshuisen. Berndt Christoph Voigt von Elsbe. Johann von Schwansboëll. Adolph von Beringhausen. Johann von Plettenberg zu Marbe. Johann von Lindau. Beruer Sondag von Schaffhausen. Wilhelm von Ludwighausen genannt Wolff. Johann Melchior von Meschede / Drost. Anton von Beringhausen. Herman Rumpff zur Wenne. Joachim von der Verschwoidt. Heinrich Oveläncker. Anton von Plettenbeag zu Serckerodt.

Num. V.

**S**chwürdigster / Durchläuchtigster Churfürst gnädigster Herr. Demnach Euer Churfürstl. Durchläucht uns jüngsten Tags gnädigst committiret und auffertladen / weil zwischen Gohwein Kettler zu Heringen / und Gottfrieden von Heiden zu Schüradt / dero Drösten zu Dillinghausen / ratione Successionis Feudalis sich einiger Streit und Mißverstand erreget / daß wir uns darenthalben wegen dieses Ortes und Fürstenthums Observanz und Gewohnheit / ob nemlich die Remotiores à communi tamen Stipite hersprießende Agnati proximiores Fœminas ausschließen oder nicht / unterthänigst erkundigen und informiren / auch darüber gehorsamst förderlichen Bericht einführen solten ; Ob dann wohl wir unterthänigst nicht zweiffeln / daß bey Euer Churfürstl. Durchläucht



läucht Lehen-Cammer und denen dabey befindlichen Nach-  
 richtungen genugsame Exempla, wie es deßfalls gehalten und  
 bräuchlich / fürhanden seyn werden; So haben wir doch  
 uns auch unsers Orts mit Fleiß erkundiget / und verschiede-  
 ner Casus, deren der Weitsläufftigkeit nach gar zu viel sich  
 finden / bey Adelichen und anderen Geschlechtern / auch dar-  
 über ein- und ander Lands- kündige Personen zu Rede ge-  
 stellt / und mit denselben communicirt / maßen wir dann  
 daraus nichts anders schliessen / noch auch bey uns finden  
 können / dan daß präsuppositâ promiscuitate, welche auch  
 eben wohl und mit gleichen Präjudiciis allhier sustinirt wer-  
 den will / proximior Fœmina remotiorem Agnatum, quam-  
 vis à communi Stipite descendentem, ausschliesse / welche  
 unsere unvorgreifliche Meynung / gleichsam von vornhe-  
 men dieses Lands erfahrenen Advocaten bestättiget / und  
 bey den Adelichen Geschlechtern Kettler / Canstein / Scha-  
 den / Fürstenberg / Plettenberg / Landeberg / Schungel /  
 Drossen zu Erwitte / und andere Exempla fürhanden zu seyn  
 asseverirt; Also erachten wir auch unsers werten Orts  
 dasselbe den Rechten und Billigkeit zugleich desto ähnlicher  
 seyn würde / vorab / weilien die remotiores Agnati gemein-  
 lich vorhin durch ein-oder andern Vergleich / wodurch ihnen  
 auf andere Weis Satisfaction geschehen / abgewilliget zu  
 werden pflegen / stellen doch alles Euer Churfürstl. Durch-  
 läucht höchst erleuchten reiffen gnädigstem Andencken unter-  
 thänigst anheim / und thun ic. Datum Arnsberg, 26. Julii  
 Anno 656.

**Euer Churfürstl. Durchläucht**

Unterthänig-gehorsamfte Diener  
**Land- Drost und Râthe in Westphalen.**

*Num.*



## Num. VI.

Land-Tags-Abschieds Extract zu Arnberg  
de Anno 1656.

## Ad Quartum.

Esstlich wegen der Lehen-Sache / gleichwie Ihre Churfürstl. Durchläucht sich vorhin schon erkläret / daß sie es damit in puncto Successionis bey dero in hiesigem Fürstenthum Westphalen üblich hergebrachten Gewohnheit unänderlich verbleiben lassen wollen / also hat es dabey auch annoch sein Bewenden / und wollen solchem nach auch in den beyden angezogenen Particular-Sachen / die Rechtliche Gebührnisse zu verordnen / unvergessen seyn. Signatum Arnberg den 4ten Octobris 1656.

Maximilian Henrich / Churfürst zu Cöllen.

(L. S.)

Johann Stam.

§. III. De Feudis Holsatiæ sequentia observavimus. (3)

(3) 1. In Herzogthum Holslein sind die Herrschafftliche Güter mehrentheils Allodia und nicht Lehn/werden aber was Stamm-Güter sind / denen Söhnen insgemein unleidlichen Anschlag gelassen / und die Töchter gegen Verzicht abgefunden. Von erkauften Güthern aber erben die Töchter ihren Antheil ab intestato, ita ait Danckwert. celebris Holsaticarum Provinciarum Chronographus in Opere jussu Regio & Ducali edito Anno 1652. de quo vid. Whear. & Nieu Relat. Histor. in Accession. part. 2. pag. 233. seq.

2. Welche Güther nun Lehens-Qualität haben / die werden nach Art Feudorum priorum nicht regulirt / weder in Oneribus & potestate Vasalli noch in modo succedendi stirpis

Dd 3

pis



pis masculinæ. Testimonium de qualitate feudorum & filiarum successione perhibuerunt Anno 1585. aliquot Nobiles Holfati, asserentes, quod filiarum in feudis succedant non existentibus masculis in linea recta, ita tamen ut Agnato proximo libera sit feudi redemptio. Hic modus feudo proprio minime congruit.

3. So wird auch von Feudis gar öffters Testamentarische Disposition gemacht / und geschehen vielfältige Alienationen, wie der Professor Vogt bey der Hollsteinischen Universität zu Kiel meldet *Disputat. de Testamentis secundum Jura Schlesvicensia & Holfatica §. 4. edita A. 1721.* und schließet / illustria esse ejus rei exempla in Familia Ranzovica deficiente provisione legis. Nimirum ut ait Danckwert. pag. 172. Nobilitas Holfatica non utitur jure scripto, sondern es werden ihre Sachen nach Statutis und Gewohnheiten entschieden. Non ergo utantur Jure Saxonico Electorali vel Provinciali, sed veteri dem Sachsen / Spiegel. *Salvis Consuetudinibus Regionis peculiaribus. Hollsteinische Land- & Gerichts- Ordnung part. 3. tit. 3. §. 3.* adde Vogt *dict. disputat. §. 4.* ubi allegando declarationem Nobilitatis bey dem Land-Tag zu Flensburg 15. Septembr. 1618. pluribus hac de re agit. Quod ergo dicitur de Jure Saxonico veteri dem Sachsen / Spiegel / an etiam intelligendum sit vom alten Land- & Recht / maximum habet dubium ex Actis Comitiorum 1610. Verissimum enim est, Holfatiæ Nobilitatem certo Jure feudali Provinciae communi non uti, sed omnia Statutis, quæ de unoquoque feudo speciatim facta sunt, regi & adjudicari.

4. In Oneribus publicis nulla est feudalium prædiorum nobilitum ab aliis prærogativa, vid. die *Hollsteinische erneuerte Land- & Gerichts- Ordnung / welche der Land- & Ordnung beygefügt* / ergo maxime simile vero, quod potestas Vasalli in alienando restrictior non sit, quam in Allodiis. Nam æris alieni onus incumbit feudo, & si creditores hypothecam persequantur, subhastatur feudis & creditoribus adjudicatur,



dicatur, perinde ut res hæreditariæ aliæ, hinc Johan. Stuckius *consil. 315. num. 14. seqq.* tradit Feuda Holfatica naturam Alodiorum induisse, & vidisse sese in Holfatia feuda ob æs alienum Vasalli nulla habita ratione Agnatorum divendita. Hæc ergo est improprietas maxima. Observavimus nos exempla investiturarum, daß ein Lehen als ein erkauftes Guth zu eigen verliehen: Daß nach geringen Lehen & Rechten und Anleitungen der Lands & Privilegien und hergebrauchten Gewohnheit des Lehen zu vererben und zu verstampfen wieder verliehen worden: Confirmantur hæc omnia *per Sentent. des Hollsteinischen Land & Gerichts Anno 1610. den 26. Septembr.* in Sachen Aumen / Hieronymi Ranzau Wittib zum Seckamp contra Hans von Thien zu Walsdorff / cujus verba: Diweil die Lehen & Güther dieser Orter mit dem Kayserlichen und Sachsen & Recht gar keine Gemeinschaft haben / sondern jene von diesen surnemlich quoad successionem weit unterschieden. Casus erat talis: venditum erat feudum à Vasallo de Thien, pretium vero ab emtore integrum non numeratum. Hoc petebat Vidua Ranzovica tanquam hæres fratris sui de Thien, reus agnatus de Thien excipiebat, se esse successorem Jure proprio ex pacto & providentia majorum, neque teneri ad pretium solvendum. Sed condemnatus fuit, addita ratione decidendi *suprà dicta.*

5. Feudo itaque divendito non retinet qualitatem feudi antiqui sed fit novum, Struv. *Jur. Feudal. cap. 3. aphorism. 2. num. 6.* Tarnov. *de Feudis Megapolitan. part. 1. pag. 179. seqq.* Mev. *consil. 90. num. 106.* Quidsi emtor in subhastatione emerit cum pleno Jure proprietatis, istaque emtio solenniter fuerit in Judio confirmata? degenerabit prædium à qualitate feudi magis in qualitatem allodiam. Omnia hæc evincunt, in quaestionibus de Jure feudali Holfatico, ad Jus feudale commune vel Saxonicum respiciendum non esse. Sed unumquodque feudum peculiaribus regi Statutis.

OBSER-



## OBSERVATIO LXXXV.

*Regulae, quod Judicis cujusvis de sua competentia sit cognitio, limitationes.*

Judicis cujuscunque est de Jurisdictionis suæ competentia cognitio, l. 2. §. 6. C. de Judic. l. 2. princ. ff. si quis in Jus vocatus non ierit. Gail. lib. 1. obs. 34. Multas tamen patitur hæc regula limitationes, sive, ut ajunt, fallentias. Ex his sunt: Si exceptio contra Judicem opponitur de totali fundamento Jurisdictionis & proprietate ipsius, quia præsumitur Judex hic pronunciare in causa propria, vid. Mev. part. 1. decis. 131. num. 1. Si agitur non solum de nudo Jurisdictionis exercitio, sed etiam de proprietate subjectionis, quia citatus dicit se esse exemptum, Judex vero negat. Si Judex extrajudicialiter sibi asseruerit Jurisdictionem contradicente parte; tunc enim, si etiam judicialiter processerit, redditur suspectus, & videtur se constituisse adversarium. Si Judicis Jurisdictio non est nisi super causa notoria, casus accidens vero esset dubius & non notorius.

Hæc & alia pluribus persequitur Felin. in Commentar. ad cap. super literis. X. de Rescript. confer. Votum Assessorium in Symphorem. Pseudonymi Gylmanni tom. II. part. 2. vot. 3. pag. 11. Merito igitur oblato tali casu, quo Judex se competentem pronunciaverat, appellatio fuit admissa.

OBSER-







ditione cognosci non videtur esse dubium, fieri tamen potest, ut in possessorio Judicio actus Jurisdictionis sint certi, & tamen in petitorio reddantur dubii Juris. Vicissim certum esse potest, prædium à tempore immemoriali ad ærarium Nobilitatis contribuuisse, & tamen in petitorio potest fieri dubium, an Jure fuerit insertum matriculæ Equestri. In possessorio itaque valet regula, ut quisque manuteneatur, in quantum possederit. Notabile exemplum vidimus in causa des von Harthausen contra Herrn Grafen zu Hanau Anno 1729.

### OBSERVATIO LXXXVII.

*Soror, facta transactione cum fratre, in qua renunciaverat hereditati paterna, post obitum fratris ad hereditatem renunciatam non habet regressum.*

CLARA & sorores ejus Comitissæ de B. eademque majorenes hæreditati patris defuncti per transactionem cum fratre, accepta pro omnimoda satisfactione dote congrua 4000. Imperialium, in perpetuum & juratò, se renunciare velle, declaraverant. Ea potissimum intentione, ut domus paterna ab urgente ære alieno, quod ruinam minabatur, liberetur.

Fratre post 40. Annorum spatium sine prole defuncto, dicta Clara Comitissa viduam ejus, quam testamento



stamento solenni hæredem universalem bonorum suorum instituerat, in Jus vocat, & portionem suam filialem ex hæreditate patris ab ea detenta præterdit. Et idcirco Citationem ad videndum se declarari hæredem &c. in Camera Imperiali, fundata ex continentia causæ ratione bonorum in diversis territoriis sitorum, extrahit. Cum Rea dictam transactionem & renunciationem opponeret, Actrix replicat: Renunciationem non nisi in favorem stemmatis masculi factam subintelligi, quo extincto bona renunciata omnino ad foeminas revertantur. Deinde negat ipsam renunciationem revera factam esse, sed nudam promissionem de renunciando. Ast cum pactum sive transactio nullam faceret mentionem de favore lineæ masculæ, sed potius luculenter appareret, liberationem ab urgente are alieno, primariam, dotisque congruæ constitutionem secundariam causam istius pacti fuisse; Geminata insuper conventio nec non majorennitas renunciantium accessisset, quæ tanto temporis spatio usuras promissæ dotis acceptaverant; resque per exsolutionem æris alieni paterni à fratre facta in alium plane statum perducta, nec amplius integra esset; cæterum tales renunciationses etiam sine Juramento hodiernis moribus, de hæreditate delata, valere constet, (I) & si sola promissio de jurata renunciatione præstanda facta esse dicatur, manifesta tot Annorum præscriptio actrici obstet, quippe quæ tali casu, si nulla



ei obstitisse renunciatio, agere potuisset. Merito cas-  
fabantur processus & injungebatur partibus, ut dictæ  
transactioni, nec non testamentariæ dispositioni fra-  
tris Actricis, quæ ei legatum quoddam donaverat,  
adquiescerent.

- (1) Vid. *cap. quamvis. de Pact. in 6to. Mev. part. 2. decis. 270.*  
*Schilter. exercitat. 8. thes. 50.*

## OBSERVATIO LXXXVIII.

*Creditor immixtus quomodo teneatur red-  
dere rationes.*

**R**ationem naturalem habet Legislatio Romana,  
*l. 1. & 3. Cod. de pignoratit. action.* quod credi-  
tor debitoris bona possidens rationes perceptorum  
edere teneatur, & accepta in creditum imputare. In  
specie de fructibus, quos diligentia patris familias per-  
cipere debuit, expressus est textus *dict. l. 3. Cod. vid.*  
*Negusant. de Pignorat. part. 5. membr. 5. Escobar.*  
*de Ratiocin. cap. 3. num. 12. Carpzov. part. 1. con-*  
*stitut. 32. definit. 28. Mev. Levam. debitor. cap. 4.*  
*num. 43.* Et si creditor possidet longo tempore, onus  
probandi suscipere debet, quod satisfieri sibi non po-  
tuerit; destitutus probationibus jurejurando manifesta-  
bit percepta. De liberis rationibus conficiendis mo-  
dum diligenter tractavit Heeser. *de Ration. reddend.*  
*loc. 7. num. 4. & loc. 8.* Quemadmodum vero non  
est eadem conditio neque creditorum, neque bono-  
rum,



rum, ita pro diversitate & creditoris & bonorum limitabitur regula de reddendis rationibus. Alia enim est ratio creditoris, qui possidet pignus ex conventionne cum debitore; alia qui auctoritate Judicis ob debitoris moram. Hæc oneri non debet esse creditori, cum debitor solvendo pignus potuerit liberare. Non ergo tenetur creditor auctoritate Judicis immissus ad diligentiam exactissimam, sed communem, ita ut præstet saltem id, quod lata culpa percipere neglexerit, argum. *l. 9. §. 5. ff. de reb. auct. Judic. possident.* vid *Trentacinq. variar. Resolut. lib. 3. de pignor. & hypothec. resolut. 2. num. 7. & seqq. Surd. decis. 270. num. 1. & 9.* Latæ culpæ vero præstatio non infert obligationem ad rationes de percipiendis diligentia exactissima, Card. de Luca *in Theatr. Veritat. & Justit. tractat. de credit. & debit. discurs. 34. num. 4. & 18.* Rursus alia ratio est creditoris, qui habet bonorum administrationem plenariam, & ejus, qui non habet. Quid enim si Dominus retineat administrationem ita, ut creditor impediri possit variis modis in percipiendis fructibus, ea in conditione constitutum creditorem ad exactissimam diligentiam percipiendorum, sicut ipse debitor percipere debuit, adstringere valde iniquum foret. Nimirum immissio quæcunque intelligitur juxta naturam bonorum, si sint colonaria, manent Domino omnia Jura, quæ inhærent ejus personæ, & in personam coloni. Immissiones fiunt tantum



in fructus fundi, five præstationes colonarias: ex. gr. Dominus colonum recipit, cum eo contrahit, transfigit de Jure mortuario, reservat sibi Jura personalia, den Leib-Gewinn/ & auget hoc onus pro re nata, remittit, si quid reliquum sit in præstationibus, fruitur operis coloni, & facit similia, quibus creditori fructuum perceptio redditur difficilior. Tali vero casu creditor administrator bonorum non est, multa autem fieri possunt & fiunt à Domino clandestine, ut creditor damnum non experiatur, quam ubi remedium est difficilium, neque creditori imputandum est, si quotidianis litibus occupari noluerit cum debitore moroso & vexatore. Hinc in casu proposito Jureamento creditoris de perceptis præstando multum tribuendum, cum alias rei exitus non detur.

### OBSERVATIO LXXXIX.

*De Judicio competente in causa petitiæ restitutionis contra transactionem.*

**R**estitutio adversus transactionem petitur vel via actionis, & erit Judex competens is, qui est ordinarius domicilii Rei, vel incidenter excipiendo aut replicando, Oddus *part. 1. quest. 34. num. 19.* & *quest. 35. num. 39. 64.* generaliter officium Judicis incidenter dicitur implorari, si fiat propter aliud lite pendente ad removendum obstaculum, quo principalis intentio impeditur, de Rota *decis. 3. inter auctores*



res de reſtitut. in integr. conjunctim editos. Eo igitur caſu Iudex erit competens is, qui eſt in cauſa principali, v. gr. rei ſitæ, Oddus *quaest. 32. num. 75. quest. 34. num. 16.* Covarruv. *lib. 1. variar. reſolut. 4. in Notis num. 1.* Grivellus *decif. 13. decif. 129.* Urceolus *de Tranſact. quest. 94. num. 54.* Faria ad Covarruv. *dicto loco.* Anton. Faber *lib. 2. Cod. tit. 32. definit. 2.* Carleval. *de Judic. diſputat. 2. num. 192.* Burgund. *de Eviction. cap. 53. num. 5.* Card. de Luca *de Jurisdic. cap. 75. num. 4.* adeo, ut in arbitrio ſit ejus, qui petere vult reſtitutionem via actionis, an in foro rei ſitæ, an vero domicilii inſtituere velit, Rebuff. *ad Conſtitut. Reg. tractat. de remiſſ. contract. artic. 1. gloſſ. 21. num. 13.* Eſt enim reſtitutio in integrum actio in rem ſcripta & datur etiam contra poſſeſſorem tertium, de Caldas *Commentar. ad l. ſi curatorem. Cod. de in integr. reſtitut. §. imploratio. num. 15.* Oddus *quaest. 32. artic. 17. num. 86.* Simoncel. *de Decretis lib. 3. tit. 7. num. 21.* Nihil autem intereſt, an per modum exceptionis, an vero replicationis petatur reſtitutio. Excipiendo reus fit actor, replica ergo eſt loco exceptionis, vid. Andreol. *controvers. 86. num. 20.* Poſteſt etiam cumulari remedium nullitatis & reſtitutionis, ita ut, ſi tranſactio facile reſcindi nequeat ob læſionem, poſſit tamen ob nullitatem, idem Andreol. *controvers. 424. num. 5.* Neque opus habet ſolemnitate reſciſſionis, quando petitur reſtitutio incidenter, Card. de Luca *in*  
Man-



*Mantissa Decision. ad tom. 6. decis. 13. num. 9.* hoc est: non necessaria est litis contestatio, *Oddus part. 1. quest. 35. num. 52.* adde *quest. 34. num. 35.* de *Rota decis. 3. num. 5. 6.* Quæritur de *Judice delegato?* Resp. Delegatus omnis à superiore cognoscit etiam de causa incidente, ex gr. reconventionis, *Altimar. de Nullitat. Sentent. rubr. 10. quest. 228. num. 48. 55.* adde *rubr. 9. quest. 173. num. 18. seqq.*

## OBSERVATIO XC.

*Contumax in comparendo, damno litis coercetur.*

Citationem Judicis aliquoties repetitam, imo & sententiam incompetentem latam insuper habere licet per *l. extra territorium. ff. de Jurisdic.* Secus est si competentia Judicis Jure sit fundata, neque hic sufficit alia opinio citati. Non ergo auditur contumax, si dicat, se ignorasse sententiam, debuerat enim cogitare, Judicem pronunciaturum, neque curret ipsi tempus à die notitiæ, sed à die publicationis, *Gratian. Disceptat. Forens. cap. 364.* adde *cap. 339. num. 15.* *Menoch. adipiscend. remed. 4. num. 6. 122.* *Vant. de Nullitat. cap. ult. num. 108.* Maxime vero dicitur contumax, qui declarat se comparere nolle, ubi tamen comparere debebat, vel qui data opera facit, quo minus citatio ei insinuetur, *Altimar. de Nullitat. Sentent. part. 1. rubr. 4. quest. 53. num. 8.* Talis enim contumacia est cum



cum contemptu Judicis conjuncta, *Mev. part. 5. decis. 5. part. 6. decis. 64. part. 8. decis. 289.* Et habetur talis pro confesso, *Menoch. de Præsumt. lib. 3. præsumt. 124. num. 59.* & damno litis coercetur, *l. 3. princ. ff. de re judicat. l. 73. princ. Cod. de Judiciis.* Neque auditur amplius appellando vel restitutionem petendo, *l. ex consensu. 23. §. fin. ff. de Appellat.* *Hartm. Hartmanni lib. 2. observat. 19. §. 26. Mev. part. 5. decis. 5. §. 328. Altimar. dict. loc. tota quest. 53. Böhmer. de Contumac. non respondentis, cap. 1. §. 3.* Idem vero est, si citatus non veniat, & si comparendo non agat, *l. qui non facit. 121. ff. de Regul. Jur. Mev. part. 2. decis. 227. ibi: Est quoque diversa ratio. de Rota decis. 3. num. 5.*

## OBSERVATIO XCI.

*Ad remittendas debitori præstationes tutor transigere non potest absque Decreto Judicis.*

**D**E necessitate decreti in alienationibus rerum minoris etiam ad transactionem nullus est Tutorum dissensus, vid. *l. 1. 2. Cod. si advers. transact. Urceol. quest. 11. num. 17. quest. 16. num. 15. quest. 20. n. 13. Gratian. cap. 476. num. 17. Cancer. part. 1. resolut. 7. num. 117. Altimar. de Nullitat. Contract. rubr. 2. quest. 1. sect. 1. num. 600. Gail. lib. 2. observat. 72. Additionator ad Simoncel. lib. 2. tit. 6. num. 102. Har-*

Ff

precht.



precht. *respons.* 83. num. 129. 222. Lauterbach. *de alienat. rer. minor.* §. 43.

Ergo transactio remissoria annuorum reddituum, qui Juris intellecta pro re immobili habentur, decreto Judicis opus habet, Lauterbach. *dict. dissertat.* §. 24. *in fine* juncto §. 43. Multo magis rescissione digna est, imo nulla transactio, ubi cognitio causæ plane defuit, v. gr. si creditor à debitore vicissim nihil accipiebat, sed debitori dabat, est enim transactio dato & retento, vid. Urceol. *decis.* 63. num. 9. & *decis.* 74. num. 6. Neque sustinebit istiusmodi transactionem confirmatio qualiscunque Judicis superioris, quia decreti vim non habet, quod in alienationibus rerum minoris præcedere debet, Mev. *part.* 5. *decis.* 34. Lyncker. *decis.* 638. & 848. Harprecht. *volum. nov. consil.* 58. num. 170. *seqq.* Imo neque Decretum sufficit, nisi exprimantur causæ specialiter, Card. de Luca *in Mantissa Decision. ad tom.* 7. *dec.* 33. num. 7. Simoncel. *lib.* 3. *tit.* 7. num. 41. *in fine.* Ino & si læsio probata fuerit, dabitur restitutio decreto non obstante, Oddus *part.* 1. *quest.* 22. *artic.* 9. num. 54. Requisita decreti ad transactionem explicat Menoch. *in Arbitrar. Judic. Quest.* *lib.* 2. *centur.* 2. *casu* 171. Gail. *lib.* 2. *observat.* 72. Suspectum vero est decretum & præsumitur subreptitium, quando ipso die contractus fuit interpositus, per *cap. cum ex literis. X. de in integr. restitut.* Marc. *part.* 1. *Decision. quest.* 248. num. 3.

OBSER-



OBSERVATIO XCII.

*Vasallus transfigendi habet facultatem Domino etiam ignorante. Significatio vocum ein- und anderes particularis.*

**T**EXTUS est lib. 2. Feud. 26. § 43. Varias interpret. declarationes exponit Barthius Jctus Lipsiensis *Dissertat. de potestate Vasalli litigandi & transfigendi* §. 5. § 6. ubi veriore[m] amplectitur sententiam, quod Vasallus etiam diminuendi feudi causa, si tertius alodium esse dicat, valide transfigat inscio Domino, ita ut in præjudicium suum careat dominio utili, salvo Jure Domini directi. Eandem tenent sententiam, Felin. *ad cap. qua in Ecclesiarum. de Constitut. part. 1. num. 76.* Merckelbach. apud Klock. *vol. 1. consil. 7. num. 114.* Finkelthaus. *Controvers. Feud. disputat. 9. controuv. 13.* Itterus *de Feud. Imper. cap. 23. num. 6.* Struv. *Jur. Feudal. cap. 12. aphorism. 8. num. 5.* Mynsing. *respons. 92. num. 34.* (I) Quodsi Dominus ipse transactionem solenni confirmatione approbaverit, eundem ipse postea impugnare non poterit, Lyncker. *part. 1. respons. 4. num. 14. 19. 25.*

(1) In transactione inter hæredes allodiales & feudi successores facta, adjecerant transfigentes clausulam: Da inskünftig einige Pacta Familix oder Lehn- & Brieffe sich werden finden/ woraus zu beweisen/ da von obgemeldten Stücken ein- oder anderes Lehn- oder Stamm-Guth wäre/ daß solches Stück denen nechsten Agnaten ohne Entgelt außgefolgt werden solte. De sensu vocum ein- und anderes



varia exorta disputatio. Non est autem universalis dictio neque de tota massa honorum intelligenda, sic enim transfigendo nihil actum fuisset. Latine diceret: aliqua, vel quædam partes. Hæ vero sunt singulares, non universitas honorum. *Unum* non sunt plura. Si addas *Et alterum* possunt significare duo & tria, sed non omnia. Repugnat enim proprietati sermonis, quam sequi oportet, & materiæ substratæ, si dictionem *civium* und *andere* æquipollentem dicere velis voci *quacunque*, vid. *Mynsing. resp. 61. num. 26.* *Wehner. Observat. voce Anderes.* *Tuscius lit. D. conclus. 245.* ubi referuntur casus significationis universalis, qui tamen in proposito casu minime conveniebant.

## OBSERVATIO XCIII.

*Confessio ex aliis Actis desumpta quomodo valeat ad probandum.*

**U**Tebatur actor ad probandam qualitatem feudalem confessionibus ex aliis actis desumptis. Talem vero modum probandi *JCTi* non admittunt, & in Camera Imperiali sæpius est reprobatus, nisi enim sint acta inter easdem personas in actione eadem eodemque agendi modo, nullam vim habebit talis probatio, vid. *Mev. part. 4. decis. 401. num. 1. part. 7. dec. 154. num. 3.* *Ancharanus JCTus Bononiensis consil. 146.* cujus verba notatu sunt digna: Probationes, ait, & acta concernentia exceptionem non faciunt fidem, si in modum exceptionis vel positionis deductum postea repetatur in alio *Judicio* per modum agendi, quia ad alium finem tendit exceptio, ad alium actio. Si sententia



tentia super exceptione lata non noceret in alio Judici-  
cio, ad idem principaliter intentato, multo minus no-  
cere debent acta & probationes. Est casus, quod acta  
non faciant fidem in alio Judici-  
cio, quando variatur  
modus agendi, etiam ad rem eandem per *cap. veniens.  
de testibus.* & hoc per prædict. Regul. quod non no-  
ceat sententia, ubi diversa res petitur, vel modus agen-  
di variatur, *l. 12. ff. seqq. de exception. rei judicat.* Ergo  
si non nocet sententia, multo minus confessio, quæ  
est auctoritatis minoris: hucusque Ancharanus, qui  
fuit suo tempore Vir magnæ auctoritatis teste Panci-  
rollo *de claris Legibus interpret. lib. 3. cap. 26.* Huic  
adde *Surd. consil. 311.* ubi ait, nobiles sæpius confiteri  
res feudales, ut tueantur se contra foeminas vel credi-  
tores, vid. *Merckelbach. apud Klock. volum. 3. con-  
sil. 8. num. 113.* Proinde in ejusmodi controversiis cer-  
tiores requiri & pleniores probationes, Domini cen-  
suerunt.

### OBSERVATIO XCIV.

*De Jure offerendi, quando competat credi-  
tori posteriori, & quid Juris, si pignus sub hasta  
venditum, quid etiam, si illegitime?*

**I**nsigne est remedium creditoris hypothecarii poste-  
rioris, quod offerendo ante inchoatum concursum  
creditori priori solutionem ejus quod ipsi debetur, in  
locum ejus & privilegium, non solum quoad nomen,



sed etiam Jus pignoris succedere possit, & ad cedendum sua Jura eum compellere, *l. 1. Cod. si antiquior creditor pign. vendid. l. 3. Cod. de his qui in prior. creditor. locum succed. l. 12. §. 6. ff. & l. 1. Cod. qui potior. in pignore.* Neque obstabit creditori posteriori, quod per sententiam Judicis prior possessionem pignoris fuerit adeptus, scil. ante adjudicationem, ita enim moderandam esse doctrinam Gailii *lib. 2. observat. 18. in fin.* observavit optime Coccejus *dissertat. de Jure offerendi §. 15.* cujus argumenta etiam in quaestione de praescriptione Juris offerendi, cum iis quæ Gailius *dicta observatione* adfert, & Berlich. *part. 2. conclus. 3.* collata, viam ostendunt decidendi æquissimam. Concorso creditorum cœpto vel finito, inutile est remedium Juris offerendi, quia tunc unusquisque creditorum pignus possidet nomine omnium, & frustra tradetur possessio uni privative, *Mev. part. 4. dec. 158. num. 3.* Distracto pignore, cum dominium per sententiam sit alicui adjudicatum, subintrat loco pignoris pretium rei. Cessare itaque videtur Jus offerendi, vid. *Lynker. volum. 1. respons. 36. in ration. dubitand. num. 7. seqq.* Nihilominus recepta est *Mevio dict. decis. 158. num. 8.* sententia *Negusantii de Pignorat. part. 5. membr. 3. num. 7.* quod facta creditori priori adjudicatione, Jure offerendi creditor posterior non quidem habeat opus, sed tamen si velit, uti non prohibeatur; Factum enim Judicis non magis ei obesse debet quam partis. Ergo quem-



quemadmodum pignore vendito, vel in solutum dato, Jus offerendi non tollitur, l. 1. Cod. s̄ antiq. creditor. Lyncker. dict. respons. 36. num. 36. Müllerus ad Struv. tit. ff. qui potior. in pignor. §. 34. lit. a. ita nec per adjudicationem scil. in dict. l. 1. Cod. de Eviction. Aliud dicendum erit, si in concursu creditorum pignus sub hasta fuerit venditum & plus licitanti adjudicatum. Tunc enim extincto pignoris Jure non potest invenire locum Jus offerendi. De Jure protimiseos, quod etiam debitori in venditione pignoris sub hasta competit, an non detur etiam creditori hypothecario, diversa est quæstio, de qua alibi. Quid vero si pignus rite distractum non fuerit, v. gr. absque denunciazione publica, non citatis creditoribus aliis, vid. Mev. part. 8. dec. 491. & temporibus nimium coarctatis, tunc ne excludendum dicemus creditorem alium à Jure offerendi pretium emtori cuicumque. Imo vero audiendum esse tradit Coccejus dict. dissertat. de Jure offerendi §. 21. Card. de Luca in Theatr. Veritat. & Justit. de credito, discursu 52. num. 22. discurs. 16 §. num. 5. & discurs. 524. num. 10. Multo magis si Judex contra Mandatum superioris de non alienando ad distractionem processerit.



OBSER-



## OBSERVATIO XCV.

*Quando tempus immissionis in pignus considerandum? & de jure offerendi creditori chirographario competente.*

**C**Hirographarius creditor in prædium debitoris sententia Judicis immisus, fruitur Jure pignoris prætorii & habendus pro possessore, *Negusant. de Pignor. part. 5. membr. 3. num. 7. Mey. part. 1. decis. 208. num. 1. & part. 7. decis. 69.* Licet ergo in qualitate chirographarii Jure offerendi uti nequeat, poterit tamen Jure immissionis & possessionis impetratæ. Nam & chirographarius creditor, si modo rem pignori obligatam non sibi sed alii possideat, offerre potest hypothecario, *Negusant. dict. loc. num. 6.* multo magis si fuerit à Judice immisus. Quid, si à decreto immissionis appellaverit debitor? Appellatio suspendit causam absque dubio, sed tamen non tollit, ita ut confirmato decreto à quo per Judicem superiorem, res ad eum statum retrahatur, qui erat tempore Appellationis interpositæ, *Anton. Faber lib. 7. Cod. tit. 20. definit. 55.* Immissio ergo & Jus pignoris considerabitur non à tempore sententiæ confirmatæ, sed prioris, *Berlich. part. 1. conclus. 68. Brunneman. ad l. 26. de pignoratit. action.*

OBSER-



OBSERVATIO XCVI.

*Judicium Camerae ad statuta & mores Provinciarum respicere solet, si legitime probentur. Ubi de hypotheca tacita & de solennibus.*

Judicia Imperii suprema ad observanda Statuta & mores Provinciarum singularum obstringuntur Legibus Imperii publicis. Quæcunque ergo rectius constitui possent & forte deberent, non tamen secundum ea pronunciabit Judex superior, si aliter mores ferant vel Statuta. Hoc voluere Legislatores in verbis *Ordinat. Camer. part. 1. tit. 19. princ.* In keiner Sach / sie sey so gering als sie immer wolle / allein auf Gutdüncken / oder eines jeden erwogene Billigkeit Urthel zu fassen und außzusprechen / & reliqua. Partium vero, qui Justitiam petunt, officium est, imo & inferiorum Judicum, ut de moribus & Statutis, quæ in Imperii singulis fere Provinciis imo Urbibus variant, debite informent Judicium supremum. Diversitas Statutorum & Consuetudinum non nisi longa Praxi Judiciaria & observando quantum fieri potest, discuntur, nihilominus tamen plura semper supersunt discenda. Neque etiam in singulorum Principatum Imperii inferioribus Judiciis eundem deprehendimus procedendi modum. Jure communi hypotheca contractu privatorum constituitur valide; In aliis Provinciis non nisi mediante insinuatione judiciali. Hanc in Leodiensi

Gg

ensi



ensi patria actionem sive operam Legis appellant in rebus immobilibus, & per actum Investituræ peragitur. *Statut. Grosbeck. cap. 5.* qui modus in Provinciis Belgii receptus, Stockman. *de Jure devolut. cap. 3. decis. 140.* Jure communi, quo utimur, publica hypotheca semper præfertur privatae, *l. 11. C. qui potior. in pignore.* Mev. *part. 7. dec. 139.* Ergo in istis Provinciis privato contractu constitutæ hypothecæ Jura non adstant.

In *Coloniensis Archiepiscopatus* terris peculiare est, quod ne tacita quidem hypotheca absque insinuatione coram Judice rei sitæ Privilegio gaudeat, *Erz. Stifft Löllnische Rechts-Ordnung tit. 13. von Pfandschafften / §. 1. 2.* verbis: *Gleicher gestalt soll keine Verpfändung gültig seyn / sie werde dann dem Gericht / worunter die Güther gehörig / insinuirt / und dafern solches nicht geschicht / und die Güther hernach an einen andern versezt oder verkaufft werden / soll wider denselben der erste Gläubiger solcher Güther halben durchaus keine Ansprach / weniger etwas Vorzugs zu genießen haben. Da auch schon eine General- oder gemeine Verpfändung aller Güther geschicht / oder eine solche privilegirte Forderung / die ein stillschweigendes Pfand nachführet / darauf haftet / soll doch dieselbige dem Gläubiger anders kein Vorzugs- Recht zueignen / es seye dann bey jedes Orts Gericht die Insinuation geschehen.* Cautos ergo oportet esse, quicunque negotia tractant, in quibus tacitarum hypothecarum Jura occurrunt.

In



In *Juliacensi & Montensi Ducatu* traditione solenni & judiciali realia Jura plerumque adquiruntur, *Ordinat. Provinc. Juliacens. cap. 16. §. fin. & cap. 97.* vid. *Voltz in Histor. Jur. Juliacens. num. 151. seqq.* ubi judicialem inhæredationem h. e. solennem & Judicialem traditionem, necessario non requiri statuit. De modis expediendi actus Judiciales in Judiciis inferioribus ex. gr. Inhæredationis, Insinuationis, Immissionis, Arresti, Edicti Principis Anno 1672. verba hic commemorare placet: So befehlen wir diesem nach Eingang gedachten unseren Amtleuten / Bögten / Schultheißen / Richtern / und Dingern hiermit gnädigst und wollen / daß sie dem alten Herkommen gemäß / die Extrajudicial- Amts- und Partheyen-Verhör insgesamt / mit Zuziehung unserer verordneten Gerichts- Schreibern halten / einer dem andern davon wider seinen Willen nicht außschließen; Jedoch da ein, oder andere Parthey des Amtmanns oder Bogtens / Schultheißen / Richters oder Dingers Verhör absonderlich begehren würde / solches einem jeden unverwehrt seyn / sondern frey stehen / und zwischen gedachten unseren Beamten der Extrajudicial- Cognition halber concurrens Jurisdiction & Præventio Statt und Platz haben / sie aber samt und sonders in denen zuvor gedachter Extrajudicial- Cognition von Alters gehörigen Sachen und Fällen die Justiz nach Inhalt mehrgemeldter Anno 1661. den 14. Julii auffgerichteter Proceß- Ordnung unverzüglich ad-

Gg 2

mini-



ministriren / und was einer von obgemeldten unseren Be-  
 amten recessirt / decidirt und entschieden / der andere  
 zum neuen Verhör nicht wiederum ziehen / noch auf-  
 heben / oder verändern / und dadurch denen Partheyen  
 doppelte Kosten verursachen; Sondern da ein, oder an-  
 der Theil beschwehrt zu seyn vermeynet / den, oder die-  
 selbe an unsere Cansley oder Hof- Gericht verweisen  
 sollen &c. &c. Notatu digna etiam est Relatio ad Ca-  
 meram delata sequens: Im Göllich und Bergischen  
 sind verschiedene modi procedendi; Erstlich an denen  
 ordentlichen Richtern / vor Bögten / Schultheissen /  
 Dingern / oder Richtern und Schöffen / so dann Ge-  
 richts- Schreibern / davon die Appellationes an das  
 nechste Ober- oder Haupt- Gericht / und so fort an das  
 Göllich- und Bergische Hof- Gericht gehen; Zwentens  
 an den Extrajudicial- Amts- Verhören / welche ordi-  
 narie Wochentlich einmal vor den Beamten / nemlich  
 dem Amtmann oder Amts- Verwaltern und Bögten /  
 Schultheissen / Dingern oder Richtern / mit Zuziehung  
 des Gerichts- Schreibers gehalten werden / davon die  
 Appellationes an den Göllich- und Bergischen Extraju-  
 dicial- Hof- Rath / oder Hof- Gericht devolviren.  
 Drittens in Extrajudicial- Cognition, wann nemlich  
 ein Amtmann oder Bogt / Schultheiß / Richter oder  
 Dinger / welche concurrentem Jurisdictionem ad effe-  
 ctum Præventionis haben / extrajudicialiter, und auf-  
 ser dem Amts- Verhör / auf der Partheyen münd- oder  
 schrift-



Schriftliches Klagen oder Angeben recessiret / wozu der Gerichts = Schreiber niemalsen adhibirt wird / und muß derjenige / welcher sich bey dem End = Bescheid beschwehrt befindet / vermög der Extrajudicial - Proceß-Ordnung / directe & immediate an obgemeldten Hof = Rath oder Hof = Gericht appelliren / wie solches alles das am 22. Novembr. 1672. in Druck außgangene Edictum mit mehrerem außweist.

Ex ore insignis Juliacen sis Patriæ quondam JCrī audisse me memini, quod in distractionibus bonorum non sit modus certus lege Patriæ præscriptus, sed observentur consuetudine perpetua solennitates sequentes, ut fiat (1.) post immissionem judicalem, (2.) taxatio per Judicem vel Scabinos cum Actuario, adhibitis rerum peritis & debitore citato. (3.) Hic si non satisfaciat creditori, decernatur subhastatio in pulpito ædis sacrae publicanda trinīs vicibus repetitis ita, ut totum tempus absolvatur sex septimanis. (4.) In termino licitationis nemini prohibitum licitare. (5.) Ultimo & fortiori licitanti res subhastata in ipso termino pro pretio non adjudicatur sed indulgetur aliquod mensium tempus pro arbitrio Judicis debitori. (6.) Tum vero ad instantiam licitantis fit adjudicatio; quæ priusquam fuerit facta, dominium rei creditor non acquirit, etiamsi per plurimos annos possedisset. Et hæc omnia esse in Patria Juliacensi notoria.



## OBSERVATIO XCVII.

*Productio exempli Conventionis authentici  
non exigenda, si de veritate aliunde  
constet.*

**E**Cclesiastici Ordinis persona tempore Electionis ad Principis dignitatem inter alios Conventionis articulos Juramento confirmandos promiserat, diese Capitulation und andere des Stiffts wohl hergebrachte Statuta, Observationes, und gute Gewohnheiten / sie seyen beschrieben oder nicht / sie mögen aus Donationen, Foundationen, oder Vergleichen / oder andern Gebräuchen herrühren / stets und unverbrüchlich zu halten. Item: In keinen wichtigen dieses Stiffts oder Lands Angelegenheiten / Hoheit oder Regalien etwas vorzunehmen / concludiren oder zu statuiren / weder von Zinsen / Pensionen oder Pachten etwas propria auctoritate aut motu nachlassen / es sey dann zufoerst den Capitulis oder deren Deputirten nach Gelegenheit der Sache alles bekandt gemacht / mit denen consultirt und alles mit deren Beyrath geschlossen. Sunt autem ibi Statuum ordines tres. Primus *Comitum*, ex quorum numero eligitur Princeps. Secundus *Canonicorum*, qui in electione Principis concurrunt, atque una cum prioribus paciscuntur. Tertius Ordo *Nobilium*, quorum licet neque in electione neque in pangenda Capitulatione sint partes, habentur tamen in numero

Sta-



Statuum Provincialium. Hi quoque cum bonis à longo tempore gaudent immunitate ab omnibus Contributionum oneribus, vi Conventionis de Anno 1565. die 18. Junii: Daß die damals außgeschriebene Reichs-Steuer à Subditis colligiret werden solte: Jedoch einem Ehrwürdigen Capitul, Dechant / Canonicis und Geistlichen / und denen von der Ritterschafft ihrem alten Gebrauch und Freyheit ohnabbrüchig.

Item: Sollen keine neue Satzungen ohne Vorwissen und Bewilligung der Stände angeschlagen und abgekündiget werden.

Porro: Soll dieser Vergleich zu sicherer und ewiger Beständigkeit mit allerseits anhängenden Siegeln bestätigt werden.

Equidem hæc ipsa Conventio dubia reddebatur, ac si secuturæ alicujus Conventionis tantum fuerit delineatio. Proinde pars rea postulabat authentici exempli productionem, quod forte erat absconditum vel amissum. Cum vero veritas negotii gesti ex solo contextu abunde pateret, non credebatur necessarium, ut Status Provinciales ad exemplum conventionis authenticum producendum obstringerentur cum potius pro ipsis præsumtio militaret, & ipsa Princeps Corporis Nobilium exemptionem à Contributionibus agnoyerat. *Resolut. ad Gravam. Stat. 18. Februar. 1706. & in der Verordnung wegen des Vieh-Schazes / & 16. Septembr. 1705. (I) Unde veritas transactio-*  
nis



nis de Anno 1565. satis inde patebat, & secundum eam in Camera fuit iudicatum.

(1) Verbis: Es solten die Adelichen Häuser / welche sonst Schatz- freye Güther hätten / und sonst in Ordinariis nichts beytrügen / bey diesem Reich- Schatz pro hac vice sine præjudicio mit angeschlagen werden. Exceptio vero firmat regulam. Adde die Præliminar- Anzeige / quæ habet circa finem: Es sene die Meynung nicht mit dergleichen oder einigem Anschlag (i. e. Collectis) ohne vorhergehende Communication mit denen Ständen des Landes zu verfahren / da nicht die Nothwendigkeit es erforderte. Quod etiam alibi repetitur.

## OBSERVATIO XCVIII.

*Consuetudo exigendi à Subditis collectas ad dotem Filiarum, Fräulein- Steuer / ubique locorum non recepta.*

**D**Os Filiarum Illustrium multarum Regionum more à Subditis colligitur sub titulo der Fräulein- Steuer. Non tamen ista consuetudo universaliter recepta dici potest, ut nulla penitus detur exceptio. Quid si universitas aliqua pacto fuerit exempta expresso vel tacito, h. e. si universitati vel Collegio mediato nunquam ista collectarum species fuerit impetrata? Exempla hujus rei notabilia sunt *in Cameralibus Judicatis Anno 1590. 1679. 1728.* (1) Nimirum antiquiore tempore collectæ non ad eum gradum quo hodie sunt, subditis fuerunt impositæ, sed ex ordinariis redi-  
tibus



tibus Domini præstabant filiabus dotes. Aucto vero luxu, omnia quæ legitimæ exactionis titulum habere poterant subditis imperabantur, in principio cum ipsorum consensu, deinde ivit in morem. Qui si fuerit probatus specialiter, officium erit Judicis secundum probata judicare. Generalis probatio à consuetudine aliarum Regionum, vel, quod classi certæ subditorum imperatæ fuerint, hic non sufficiet. Est enim dotatio filiarum in collectis extraordinariis omnino numeranda, quæ regulariter ex facultatibus privatis est præstanda. Omnes extraordinariæ quæ ad Imperii & Reipublicæ necessitates non pertinent, non sunt nisi voluntariæ. Excepto, si Status Reipublicæ particularis aliter sese habeat, ut arbitrium Domini sit pro Lege. Inutilis hic erit allegatio Juris, quod vocant *meræ facultatis*. Nam quod libertatis est naturalis, hoc demum ad res meræ facultatis pertinet. Onerare subditos collectis quibusvis, ad classem rerum quæ sunt meræ facultatis nemo facile est relaturus. Ergo in judicando ad possessionem libertatis in hac specie respiciendum erit. (I)

(1)

*Expedit. Anno 1590.*

**I**n Sachen Heimberger und Gemeind der vier grossen Dörffer in Hattgau / in Actis benannt / Klägern ein / wider Weyland Philippen den ältern / jetzt Herrn Philippen den jüngern Grafen zu Hanau / Herrn zu Lichtenberg / Beklagten andern Theils / Mandati Pœnalis pro cassatione etlicher Beschwehrden und Neuerung verheyrahtende Döchter

Hh

ter



ter belangend/ ist allem Vorbringen nach zu recht erkannt/ daß gedachten Beklagten / sie Klägere mit der in Actis angezogenen Steuer beklagter maffen zu belegen und zu beschwehren / auch die gedroehete Strafen deswegen abzufordern nicht geziemt noch gebührt / sondern daran zu viel und unrecht gethan haben / sich dessen hinfüro zu enthalten / und abzuschaffen schuldig / als wir ihn dazu / auch in die Gerichts- & Kosten derowegen aufgeloffen ihnen den Klägern nach Rechtlicher Ermäßigung zu entrichten und zu bezahlen condemniren und verdammen.

*Expedit. Anno 1679.*

**I**n Sachen der sämtlichen Unterthanen der Graffschafft Beldentz / Klägern / wider Herrn Leopold Ludwigen / Pfaltz-Grafen bey Rhein/ Grafen zu Beldentz und Spanheim / Beklagten / Mandati de manutenendo & non gravando contra antiquam Observantiam & Possessionem, multo minus extraordinariis Impositionibus aut Oneribus in posterum molestando, Cum, wie auch de suspendendo Executionem usque ad decisionem causæ principalis S. C. in puncto dicti Mandati de manutenendo, ist Dr. Giesenbier Einwendens ungehindert / glaubliche Anzeig zu thun / daß dem ausgegangenen / verkündten und reproducirten Kayserlichen Mandato mit Abstellung der wider das alte Herkommen geforderten Auflagen (worunter jedoch die Ordinari - Gesfälle von den klagenden Unterthanen ihrer Obrigkeit gebührenden Schuldigkeit / so dann ihnen pro rata aufstiegender Quota an Reichs- und Freys- Steuern / wie auch die 500. Rthlr. Jährlich also genannter Herrn Schatzung nicht mit begriffen) alles seines Inhalts gehorsamlich gelebet seye / Zeit 3. Monathen / pro Termino & Prorogatione von Amts wegen angesetzt / mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkommen wird / daß erniedte Herren Beklagte jetzt als dann / und dann als jetzt / in die Pœn berühmten Mandat einverleibt / hiermit erklärt / ferner Pro-  
cess



ceß auch erkannt / daß er seinem Gegentheil die Gerichts-  
Kosten / dieser wegen aufgelauffen / nach Rechtlicher Er-  
mäßigung zu entrichten und zu bezahlen schuldig seyn  
soll. Dann werden Klägere von denen de Anno 1665.  
über die bereits bezahlte noch weiter geforderte 500. Rthlr.  
hiemit absolvirt / und ist *in puncto* der gestrittenen Fräu-  
lein-Steuer / der Bescheid / würde Herr Beklag-  
ter die seines Theils gerühmte *quasi Possession* von  
den Klagenden Unterthanen solche zu erheben / bes-  
ser als geschehen / darthun und erweisen / daß er das  
mit gehört werden / und darauf ferner ergehen soll / was  
recht ist.

Endlich Mandati de suspendendo Executionem, läßt man es  
bey der den 9ten Februarii Anno 1674. durch Dr. Giesens-  
vier gethanen Partitions - Anzeig bewenden / und sollen die  
Unterthanen gegen dero hohe Lands- u. Obrigkeit sich meh-  
reren Respects und Gehorsams / als wohl von einigen der-  
renselben geschehen / bey Vermeidung scharffen Einsehens  
hinsüro gebrauchen.

*Expedit. 10. Novembr. 1728.*

**I**n Sachen Prälat und Conventualen des Closters W.  
wider Weyland Herrn C. L. G. zu N. S. jetzund die  
Fürstliche Herren Landes- u. Successores und Frau Vormün-  
derin Fürstin zu N. U. betreffend / Mandati de non pragra-  
vando onere insolito, nunc in puncto der Fräulein-Steuer /  
ist allem fernern Vor- und Anbringen nach zu recht er-  
kannt / daß obgehindert der durch Lt. F. am 15. Martii  
und 12. Maji nechsthin übergebenen unzulänglichen Ver-  
stellung und Anzeig / es noch zur Zeit bey denen dieses  
Puncts halber am 11. Octobris 1726. und 17. Julii 1727. er-  
gangenen Urtheilen und darin verordneter provisonaler  
Ausnahm der Kloster-Unterthanen von solcher Prästation  
zu lassen seye. Würde jedoch Lt. F. besser als bishero ge-  
schehen / und mit Original-Urkunden specificè bescheinigen /

Hh 2

von



von welcher Zeit bey jedem Fall verheyratheter Gräfflicher N. Töchter die Closter / Unterthanen mit des Closters als ihrer unmittelbaren Herrschafft Wissen zu denen Fräulein / Steuern und wie viel jedesmal beygetragen / wozu ihm endlicher Terminus von 3. Monathen präfigirt und angesetzt wird / daß solches annoch gehört werden / und er thue solches oder nicht / auf Begehrens Anrufen hier in ergehen solle / was recht ist.

## OBSERVATIO XCIX.

*Variorum in Regionibus Germaniæ Judiciorum distinctio.*

**R**empublicam nullam absque Juris administratione consistere posse, adeo non est opus demonstrare, ut omnium hominum prudentum, imo ipsius Dei sententia, in Sacro Codice expressa, comprobetur. Administrantur autem Jura per constituta legitime Judicia, ab iis quorum est in Republica potestas. In Imperio Germanico qui fuerit Judiciorum status antiquior usque ad Seculum XV. exposuit dissertatione peculiari Polyhistor summus H. Conringius. Observatione dignum est etiam hoc, quod in plerisque Regionibus Germaniæ, cum primis majoribus, antiquior forma Judiciorum fuerit *der Hof- Gerichte* / vel ut alicubi nominantur *Lammer- Gerichte*. Quæ Collegia à Collegiis *der Landes- Regierung* fuere distincta. Quemadmodum enim gubernatio Regionis cujuscunque varias habet partes & curas, ita distingui possunt & de-

man-



mandari Collegiis diversis ab uno Principe immediate dependentibus. Potissimum inter ea est die **Landes-Regierung** / h. e. Collegium ad politica negotia inprimis, quatenus à tractatione litium distinguuntur; ordinatum. Succedere pro more seculi & negotiorum multiplicatione, vel etiam pro diversa imperantium inclinatione & imitandi alios studio, Collegia eminentiora & denominationes novæ **des Geheimen Raths** / **des Geheimen Conferenz** / **oder Etat-Raths**. Litium inter subditos exorientium tractatio & decisio Collegiis **der Hof** / **vel Cammer** / **Berichter** antiquo more demandata fuit. Factum autem est successu temporis, ut Collegiis **denen Regierungen** concurrens tribueretur cum **Judiciis** κατ' ἐξουσίαν ita dictis **Jurisdiction**, vel quod Princeps ipse, tanquam caput sui territorii & Justitiæ in eo administrationis, litigantium petitionibus, sæpe etiam appellationibus fatigaretur, vel quod Consiliariorum multitudo litigiorum curam & decisionem ad augenda salaria sportulis, modo extrajudiciali vel per vias Commissionum, non detrectarent. Accidit exinde sensum in nonnullis Regionibus, cum primis ubi varia Collegia in una urbe permanerunt, ut Collegiorum **der Hof** / **Berichte** auctoritas fuerit deminuta, litigantium ipsorum persuasione, processus prolixioris viam in his Judiciis plerumque usitatam, evitari posse, si à latere Principis Justitia citra ambages obtineretur. De potestate Principum in hac Judiciorum diversa



constitutione, privatorum non est Judicium. Credi-  
derim tamen, & experientia docet, multas ex ista va-  
rietate & exoriente interdum conflictu Jurisdictionis  
nasci controversias & Justitiæ impedimenta, quæ, si  
negotia Judiciaria uni saltem Collegio bene constituto  
relinquerentur, exoriri non possent. Nunc rebus ita  
constitutis, in Imperialibus Judiciis sollicitudo magna  
esse debet, ut diversitas Judiciorum, & quæ inter ea  
Jurisdictionem exerceant concurrentem, distincte cog-  
noscat. Hæc quæ dixi, exemplis nonnullis illustra-  
re visum fuit. In *Archiepiscopatu Moguntino* viget Ju-  
dicium supremum *des Hof- Gerichts* / quod est Mo-  
guntia. Collegium Regiminis causas litigantium regu-  
lariter non tractat. De Judiciis *Trevirensis* & *Colo-  
niensis Archiepiscopatum* dixi in *Commentatione Sy-  
stematica*. In terris *Electoris Saxonie* celebre est Judi-  
cium *des Hof- Gerichts* in urbe Wittebergeni ad  
Electoatus in specie sic dicti *des Chur- Kreyses* ter-  
ras spectans. Aliud non minus celebratum est Judi-  
cium *des Ober- Hof- Gerichts* in urbe Lipsiensi, quod  
Jurisdictionem exercet etiam in Regionibus Episcopa-  
tum Saxoniorum, Naumburgensi, Merseburgensi,  
Mifnensi, nec non in partibus terrarum Weissenfelsen-  
sium. Ab hoc Judicio appellationes deferuntur ad Ju-  
dicium supremæ appellationis, quod certis tempori-  
bus Dresdæ congregatur. In *Ducatibus Saxonie* ere-  
ctum fuit antiquitus *das Hof- Gericht* in urbe Jenensi,  
ad



ad omnes Ducatus pertinens. A quo appellationes deferuntur ad Principem eum, ex cujus terris causa provenit. Concurrunt autem in Jurisdictionis exercitio Collegia Regiminum die *Fürstliche Regierung* uniuscujusque regionis. In *Hassia* Principatibus commune est utrique Domui *Hassiacæ des Hof, Gerichts zu Marburg* / à quo immediate ad Cameram deferuntur appellationes, concurrentibus tamen cum eo in prima Instantia Collegiis Regiminum. In appellationibus, etiam elective ad Judicium appellationis *Hassiacum* provocare licet juxta tenorem Privilegiorum. In Regionibus *Porussia Regis potentissimi & Elector. Brandenburgici* multa sunt Judicia pro diversitate Provinciarum, alibi distincta Collegia Judiciorum à Collegiis Regiminis v. gr. in *Marchia*, in urbe *Berolinensi*, in Ducatu *Cliveni*; alibi non distincta v. gr. in *Magdeburgensi*, Ducatu *Halberstadiensi*, *Mindensi* Principatibus. In *Brunsvicensibus* terris *Electoralibus*, Judicium *des Hof, Gerichts* concurret cum Collegiis Regiminum, subordinate ad supremum Judicium appellatorium *Zellense*. In *Fuliacensi & Bergensi Ducatu* diversitas est magna Judiciorum, quam, & singulorum fines, exposui in *Commentat. Systemat. appendice*. In *Frisia Orientali* omnes causæ litigiosæ tractantur in dem *Hof, Gericht* private. Alia exempla docet usus. Plerisque in Regionibus, majoribus saltem, inveniuntur Collegia diversa *des Hof, Gerichts und Regierung* / ali-



alicubi potestate distincta, alicubi concurrente in causis Judiciariis.

## OBSERVATIO C.

*Appellatio à Sententia Commissariorum ad causam decidendam constitutorum, immediate deducenda est ad Judicem supremum si de cetero sit appellabilis materia.*

Fundamentum suppeditat celebris quondam Tribunalis supremi Wisuariensis (quod per *Instrum. Pac. Osnabrug.* surrogatum erat Camerae Imperiali) Præses David. Mevius *part. 1. decis. 250.* Neque obstat axioma vulgare à *delegato appellari ad delegantem*, hoc enim originem habet à male intellecta forma Judiciorum Romanorum, acsi delegatus Judex & is cui mandata est Jurisdictio, non essent diversi. Rectius acciperetur axioma de provocationibus faciendis ad Judicium pro recipiendis appellationibus constitutum, id quod in territoriis Statuum Imperii ubi talia Judicia sunt, vel superiora vel intermedia, est observandum. Posito etiam in aliquo territorio trinas esse Judiciorum Instantias ordinarias, & gravatum aliquem per sententiam Judicis primi ordinarii, appellasse ad immediate superiorem, Dominum vero territorii loco hujus Instantiæ intermediæ demandasse decisionem causæ tertio tanquam Commissario: ab hoc appellabitur recte ad supremum in territorio Judicem, conf. *Mev. part. 1. decis.*



*decis. 232. num. 3. 4. & dicta decis. 250. num. 14.* Hinc etiam in Imperio Germanico à Commissariis Imperatoris Austrægalibus ad Cameram Imperialem provocari, & appellationes recipi frequenti praxi docemur, & testatur *Mev. dict. loc. num. 11.* Lynckerus *tractatu de Gravam. Extrajudicial.* (dudum quidem ante susceptum officium Consilarii Imperatoris Aulici edito, sed nullibi revocato) *cap. 5. sect. 1. §. 29.* ubi etiam infert, quod à Commissariis Statuum Imperii, quibus decisio causarum Domini loco facienda demandata, ad supremum Imperii Judicium ultima sit appellatio. Ut vero error ille qui multos invasit de paritate Jurisdictionis mandatæ & delegatæ destruat penitus, sciendum est apud Romanos *ordinarios* Judices fuisse *delegatos*, dictosque *pedaneos*, vid. *Panciroll. de claris LL. Interpret. lib. 1. cap. 2. pag. 16.* & quidem in causis momenti non magni, *l. 5. Cod. de Pedan. Judic.* *Calvin. Lexic. Jurid. voce Pedanei.* junge *Siccam de Judic. Centumviral. lib. 1. cap. 4. pag. 17. seq.* Pedanei scilicet Judices erant delegati ad hoc munus delecti & in peculiare Album à Prætore relati, petendi ab actore, formula tali: *Prætor Judicem Arbitrumve postulanti des.* Hinc formulæ Prætoris: *Judicium dabo vel non dabo.* *Pitisc. Lexic. antiq. Roman. voce Judex. pag. 978.* In majoris momenti causis *Extraordinaria* erat cognitio Prætoris ipsius, qui si laborem judicandi suscipere nollet, (fungebantur enim Prætorum



rum officio etiam militares Viri, non semper Juris periti) non dabat Judicem ex pedaneis, sed alii ceu Commissario Jurisdictionem mandabat, dummodo esset causa quam mandari non esset prohibitum, ut erat merum Imperium. Differentia ergo Judicis *dati* sive *ordinarii*, & ejus cui *mandata* erat Jurisdictio in eo consistebat potissimum, quod ab illo ad Prætozem esset appellandum, *l. 3. Cod. de Pedan. Judic.* ab hoc vero non ad mandantem, sed ad hujus superiorem, erant enim mandans & mandatarius intellectu Juris habendi pro una persona, ita ut hic judicaret loco illius, *l. 16. ff. de Jurisdic. l. 1. ff. quis & à quo appellatur.* ubi in principio agitur de Judice dato sive delegato, in *§. 1.* vero de eo, cui mandata est Jurisdictio. His ita expositis, nemo turbari debet per Jctos, qui historiam Judiciorum Romanorum non satis indagantes, confusionem Jurisdictionis ordinariæ, & mandatæ non semper evitarunt, vid. *Compend. Lauterbach. tit. de Appellat. pag. 721.* Hahn. ad Wesenbec. *lib. 1. tit. 21. de officio ejus cui mandat.* quam confusionem in veterum Jurisconsultorum Accursii &c. notavit Campian. *de officio & potestate Magistrat. Roman. pag. 385.* (F) Cum ergo Reipublicæ Germanicæ Status ab eo, qui apud Romanos erat, in ordine Judiciorum plane differat & quæ his erat extraordinaria Jurisdictio, nobis sit ordinaria, ad Justitiæ administrationem generaliter constituta, sibi que invicem subordinata; facile patet axiomatis



matris supra dicti adplicationem huc perperam trahi. Quodsi ergo supremum aliquod in territorio Status Imperii Justitiæ administrandæ causa constitutum Collegium, quocunque appelletur nomine, causam aliquam ab inferioribus Instantiis ad se devolutam demandet vel committat alii cognoscendam & decidendam, provocatio ulterior certe non dabitur ad ipsam Judicium mandans, sed ad omnium supremum in Imperio, cujus Jurisdictionem per privilegium impeditam non esse, hic anticipatur. Non alia erit ratio, si ipse territorii Dominus Commissario Jurisdictionem mandaverit, qui potestate judicandi fungeretur, *Mev. part. 1. decis. 251.* Exemplum notabile hujus rei in Camera Imperiali fuit Anno 1727. 7. Maji in causa *der deputirten Hollstein Sieder, Dürmarschen Lotterie-Interessenten.* Tandem cavendum erit in hac quæstione ne cum summo Principe in Republica, qui est Imperator, ad paritatem referamus Statum aliquem Imperii, licet potentissimum. Brocardicum vulgare: *Tantum posse Status in territorio, quantum Imperator in Imperio,* satis examinavit *Eybenius.* Imperatoris potestas Legibus quidem regitur, est tamen independens, Statuum Imperii vero, qui absolutam & independentem asserunt, quomodo hoc fulcire possint, videant ipsi.

Alia est & affinis quæstio de appellationibus à Cancellariis Imperii Statuum, qui superiorem Instantiam in territorio constitutam non habent ad ipsum Do-



minum, qua de re agit Lynckerus *volum 1. resp. 100. num. 10. Textor ad Recess. Imper. Noviss. disputat. 2. thes. 5. & Commentat. Systemat. nostra sect. 1. §. XIII. num. 7.*

- (1) Alium errorem vulgarem ex brocardico: *Ubi competit remedium ordinarium, cessat extraordinarium, profligavimus in Commentat. Systemat. sect. II. aphorism. VI. num. 4. & multis seqq.*

## OBSERVATIO CI.

*Continuatio Observationis præcedentis 84. De variis feudorum qualitatibus in Germania: speciatim Episcopatum Hildesiensis: Paderbornensis: Abbatiarum Hervordiensis: Esenensis: Quedlinburgensis: Gandersheimensis: Werdensis:*

**P**roducuntur hic variarum Curiarum feudaliū testimonia, in quibus sunt aliqua ad petita litigantium data, quibus an tuto sit fidendum ubique, ego in me non recipio sponſionem. Non est novum expecti & proferri talia eo fine, ut serviant causæ, & juxta principia, quæ teneri cupiunt feudaliū rerum directores. Salvum ergo debet in iis esse Jus tertii, & cum primis Judicis superioris arbitrium. Interim non ingrata fore credidi Lectoribus hæc, quæ sequuntur, Testimonia:

*Episco-*



*Episcopatus Hildesienfis.*

Demnach sichere Information und Nachricht desiderirt wird / ob hiesigem **Stifts Hildesheimischen Lehen-Hofs** Gewohnheit nach die Weibs-Personen zu denen von diesem Bisthum rührenden Lehen in casum extinctæ lineæ masculinæ zugelassen und verstattet werden / als wird in Wahrheits Grund hierdurch bezeuget / was sonst hieselbst / und in denen enclavirten Ländern offenbar und notorium ist / wie daß nach Absterben des Mann-Stamms die Weibsbilder / sie seyen gleich des legt verstorbenen Vasalli Töchter / Schwestern oder sonst Anverwandten / und à primo acquirente posterirt / von denen von hiesiger Bischöflichen Lehen-Cammer rührenden Lehen-Stücken und deren Pertinentien gänglich erga dotem vel legitimam, wann keine Allodia vorhanden / außgeschlossen werden / und sonst all solchen Falls die Lehen den Bischöffen und dessen Lehen-Cammer ipso Jure eröffnet: Allermaßen dieselbe auch annoch kürzlich verschiedene Lehen extincta progenie mascula und speciatim: das Werderisch gewesene im Wolffenbüttelischen belegene Bisperode: \* Das Adeltliche Guth Bochumb / Balthußen / Dautenberg / und dergleichen mehr / wie solches denen höchsten Reichs-Richtern zu Speyer und Wien genugsam bekandt / würrklich eingezogen / und andere Familien damit belehnet hat. Dessen zu wahrer Urkund ist dieser Schein mit



dem Fürstlichen Lehen = Iniegel und des Lehen = Secretarii Unterschrift befestiget. Geben Hildesheim den 9. Novembris styl. vet. 1683.

(L. S.) Joh. Friedrich Ludger. Mppriâ.

\* In hac causa cujus Rubrica Werder contra Stifft Hildesheim Appellationis, conferendæ sunt *Sententiæ Camerales reformatoriae in Collect. Nova Sententiar. Num. 760. 817. 819. 822. 825.* Sequentes alibi sunt editæ.

*Extract* aus dem Bischöflichen Paderbornischen Archiv.

Als der letztere des Mann = Stamms und Geschlechts deren Herren von der Driburg Todts verfahren / seynd die vornehmste Lehen = Stücke / als nemlich das Schloß und die Stadt Driburg / item Hauß und Stadt Lichtenau / den Bischöflichen Tafel = Renthen zugelegt / und mit einigen andern ansehnlichen Stücken verschiedene andere Adelige Familien ex nova gratia belehnet worden.

Item nach Absterben Otten von Holthausen des letzten Nahmens und Stamms / ist das Adelige Hauß Holthausen cum suis Pertinentiis, als ein erledigtes und heimgefallenes Lehen / von Bischoff Simon Grafen von der Lippe dem von der Borgh ex nova gratia wiederum zu Lehen gegeben worden.

Item ist von Churfürsten Hermanno Grafen zu Weda, Erz = Bischoffen zu Cöln und Administratorm  
des



des Stifts Paderborn / als bey dem Altenburgischen Lehen der Mann - Stamm verstorben / aus sonderbarer Gnad dero Renthmeister Lordten zu Westen damit Anno 1546. belehnet worden.

Johann Dudenhausen ist belehnet mit der von Boshwinkel erledigten Lehen - Stücken / dieser ist gewesen Renthmeister zum Dringenberg.

Item seynd durch Absterben Dieterichen von Nießen die Lichtenauische Borchholtische zu Dessel und Luttieneder gelegene Lehen - Güther heimgefallen / unangesehen der von Nießen Manns - Stamm und Adelsche Geschlecht dadurch nicht außgestorben / als Landkündig / indem dieselbe aber in prima Investitura dieser Lehen nicht begriffen gewesen / seynd dieselbe von Bischoffen Johann / Grafen von der Hoym &c. theils dero damals Paderbornischen Stadthaltern Edlen Herrn von Büren / und theils Johann Ziebell Paderbornischen Canzlern zu Lehen aufgetragen.

Item als in Anno 1571. sub Joanne Episcopo Comite de Hoya , der Graf oder Herr zu Plessen Todes verbliehen / ist nicht allein das Amt Stadeshausen mit allen Pertinentien , als ein alt Braunschweigisches Grubenhägich Lehen - Stück / dem damals Regierenden Lands - Fürsten Herzogen Wolfgang zu Braunschweig und Lüneburg &c. sondern auch die Bestung Reichenrode dem Herrn Bischoffen zu Paderborn wiederum heimgefallen ; und obwohl jetzt hochgedachter Herzog Wolfgang



gang bey dem Herrn Bischoffen durch dero Langler anhalten lassen / daß Ihro Hochfürstliche Gnaden mit der Restung Reichenrode hin- und wieder belehnet werden möchten / so haben sie solches doch nicht erhalten / sondern ist Reichenrode und Hamerslode mensæ Episcopali incorporirt worden ;

Nach Absterben des letzten Mann- Stamms der Hördischen Linie zu Bocke (da sonst von dem Adlichen Geschlecht Hörde noch heutigen Tags verschiedene vorhanden seynd) hat Bischoff Henrich Herzog zu Sachsen das Haus Bocke samt der Mühle apprehendirt.

Item hat gemeldter Bischoff Henrich ein ander von dem von Hörde zu Bocke recognoscirtes Lehen / als den stattlichen Hof zu Borchowen :

Item drey stattliche Höfe zu Welsen bey Salzkotten eingenommen / dieselbe theils den Tafel- Kenthen incorporirt / theils seinem Secretario Meyer und Kenthmeister Post gegeben / welche dieselbe auch ohne einige Widersprach des legt verstorbenen von Hörde nachgelassener zweyer Schwestern behalten.

Nach tödtlichem Abfall des letzten Mann- Stamms dessen von Haltenberg ist mit durch dessen Tod erledigten Lehen- Stücken Georg Schwellenberg Bürgermeister zu Breckel von Bischoff Romberten des Adlichen Geschlechts Kostenborg wiederum belehnet worden.

Item ist durch gemeldten Bischoffen Romberten nach tödtlichem Abfall Conrad Scheffern letzten Mann- Stamms



Stamms erledigtes Lehen dessen damaliger Renthmei-  
ster zum Dringenberg wiederum belehnet worden.

Nach Bernhardi Rudolphi Tod ist sub præme-  
morato Administratore Hermanno der Renthmeister  
zu Westen mit dessen Lehen = Stücken wiederum beleh-  
net worden; Es seynd sonsten auch der von Soste Le-  
hen/denen von Niefeler Erben/item der von Hoyaen de-  
nen von Spangel / item deren von der Driburgh / ohne  
was oben vermeldet / denen von Dynhausen / item Si-  
mon de Wenthe Linien gehabte Lehen seynd auf die  
von Hörde transferirt worden.

Nach Absterben des Ritters Rauen de Calenberg  
istius lineæ ultimi Vasalli hat Bischoff Bernhard Graf  
zu der Lippe &c. die beyde Schlößer zu Calenberg samt  
dem Städtlein und Feld = Marck als ein heimgefallenes  
Lehen apprehendirt / und mensæ Episcopali applicirt /  
unangesehen / daß derselbe noch viel nahe Bluts = Ver-  
wandten alterius Stirpis hinter ihm im Leben gelassen /  
wie dann von selbigem Geschlechte deren von Calenberg  
noch heutiges Tags viele vorhanden.

Item Bischoff Diederich des Adlichen Geschlechts  
von Fürstenberg hat die durch des letzten Renths A-  
dlichen Geschlechts Todtsfall erledigte Paderbornische  
Lehen = Güther Filia superstite mensæ Episcopali appli-  
cirt / und werden dieselbe von dem Dringenbergischen  
Renthmeister annoch heutiges Tags berechnet; Post  
mortem Wilhelmi de Crewis istius Familix ultimi Va-  
falli,



talli, haben Ihro Churfürstliche Durchläucht zu Cölln Hochseligen Andenkens Ferdinandus Bavariae Dux dero Paderbornischer Bischöflicher Lehen, Cammer erledigte Güther Anno 1638. apprehendirt / und erstlich Camerae applicirt / darnach mit denen vornehmsten Lehen, Stücken und Adelichen Siz zu Salzkotten / und der Kreueten freyen Hof innen Paderborn dero Langlern Buschenau belehnet / den zugleich heimgesunkenen vor gemeldter Stadt gelegenen Zehenden zu einer Fundation bey der Thom, Kirchen verordnet / und einige andere Güther und Höfe sich bey der Cammer, Gefälle berechnen lassen / womit jeziger Regierender Bischoff Dieterich Adolph den von Imbsen zu Weuer per novam plane gratiam wiederum belehnet / welcher Exempel verschiedene mehr sich bey der Bischöflichen Lehen-Cammer befinden werden.

*Abbatia Imperii & Principalis immediata Hervordiensis.*

Productum fuit in Camera Imperiali Originale Instrumenti de Anno 1566. Indictione nona 26. Martii Convocationis factae per Edictum Dominæ Margarethæ, Principis Abbatissæ, Comit. de Lippe, omnium Vasallorum & constitutæ Curia feudalis solennis, in qua post citationem & requisitionem Dominæ Abbatissæ: Weil die Feuda, Lehen und Pacht-Güther / welche von unserm Stiffte herrühren / nicht der geringste Theil



Theil unsers Stifts Zubehörung und Berechtigung sind zc. daß wir dannoch entschlossen einen gemeinen Lehen-Tag und offen Lehen-Gericht allhier auf unserer Abtey in unserem Saal zu Hervord Dienstags nach Latare den 26. Martii 1666. zu halten zc. derohalben alle und jede die von unserm Stift einige Feuda, Lehen- oder Pacht-Güter / Recht und Berechtigung / groß oder klein / viel oder wenig tragen oder billich tragen sollen / bey ihrer Lehen-Berwandnuß / Pflicht und Eyden / auch bey Privation und ohne Verlust aller ihrer daran habenden Berechtigung citirt werden / des Lehen-Tags zu gewarten / das Lehen-Gericht bestehen / Urthel und Recht als Lehen-Rechts Recht / und unsers Hofes Besohnheit ist / anhören / einbringen und wissen helfen sollen. Juxta morem antiquum per quæstiones de Jure feudali & consuetudinibus Hervordiensibus sequentia fuere declarata. De natura Feudorum Abbatia:

Zum Zwanzigsten / ob die Erb-Lehen die keine Pacht oder Erb-Zinße auf sich haben / sondern allein verheerwendet werden / nicht bleiben sollen bey dem Manns-Stamm so lange die vorhanden ; oder da die nicht vorhanden / gleichwohl an die Töchter auch fallen sollen / oder was darinnen Rechtens / und dieses Hofes Gebrauch.

Solches ist an Hilmar von Quernheim durch den Herrn Lehen-Richter aufgestellt / welcher nach Erinnerung der Mannen vom Lehen darauf zu Recht angezeigt :



zeigt: Da unter dem Adel solche angezogene Güther seynd / darin haben die Masculi oder Söhne ihren Vorzug / die Töchter aber sollen davon gebühlicher Weise außgesteuret werden / so es aber unter Bürgern wäre / sind beydes Söhne und Töchter dazu berechtiget / es sey dann daß es alte Stamm-Güther wären / welche von Alters her allezeit bey dem Manns-Stamm gewesen / so sollen die Söhne darin den Vorzug haben / und dieselbe bey dem Manns-Stamm unverändert bleiben / welches also bestätigt und angenommen den 27. Martii. Continuatio des Lehen-Gerichts.

Quæstio: Ob einer in der Spillseite vorhanden / der dem Verstorbenen näher dann die Schwertseite / ob nicht selbige in der Belehnung soll vorgezogen werden. Resp. Der Herr Lehen-Richter darauf erklärt / das nächste Blut sey auch der nächste Erbe.

Worauf endlich und letztlich Henrich Floske gefragt / ob nicht alles / was gestrigen Tags und jeko in diesem Lehen-Gericht gehandelt / denen Lehen-Leuten um ihre Gebühr schriftlich in authentica forma solle mitgetheilt werden? Der Herr Lehen-Richter eingebracht / das geschehe billich / und sey ihnen nicht zu verweigern von Rechts wegen.

Plurimæ sunt in hoc Documento Sententiæ Curia Feudalis antiquiores pro præjudiciis acceptatæ, quæ ob prolixitatem hic omittuntur.

Abba-



*Abbatia Imperii & principalis immediatæ  
Essenensis.*

Demnach von gewisser Hand ein Attestatum von  
hiesiger Fürstlicher Essendischer Cansley begehrt  
worden / wie es gemeiniglich bey dieser Fürstlichen Le-  
hen-Cammer mit denen angehörig- und relevirenden Le-  
hen gehalten und ordinarie observirt werde / und dann  
wir solches nach Enge der Zeit nicht-abschlagen mögen ;  
Als bescheinen und attestiren hiermit / jedoch circa præ-  
judicium cujuscunque , daß hiesige Lehen in zweyen  
Classibus meistens / nemlich in rechte Mann-Lehen  
und gemeine Lehen sive Feudis promiscuis bestehen / wie  
jedesmal literæ Investituræ qualitatem aufweisen. Ob  
nun schon in Jure Feudali sehr viele Species Feudorum  
sich enthalten / und eine jedwede Lehen-Cammer ihre  
Consuetudines führet : So werden jedoch in denen Es-  
sendischen rechten Mann-Lehen keine Cognati ,  
sondern bloßlich Agnati deficientibus Masculis in Linea  
descendenti zugelassen / die *Promiscua* müssen zwar  
auch jederzeit vermannet werden / darin aber können  
auch deficientibus Masculis die Weibs-Personen fol-  
gen / jedoch ut mediante Masculo getragen werden. Wel-  
ches wir also attestiren wollen / Urkund vorgedruckten  
Cansley-Secrets , signatum 16. Februarii 1684.

(L. S.)

Fürstliche Essendische Cansley

P. Aurelius. J. Courl.

Kk 3

Abba-



*Abbatia Quedlinburgensis.*

Demnach bey uns denen Fürstlichen Quedlinburgischen verordneten Stiffts Cangley, Director und Räthen N. N. einkommen und zu wissen verlanget / ob dieser Fürstlichen Lehen, Cammer Gewohnheit nach die Weiber durchgehends zu denen von diesem Fürstlichen Stifft rührenden Lehen zugelassen werden / oder ordinaria Feuda alle Mann, Lehen wären; Als thun der Wahrheit zu Steuer wir hiermit bezeugen / daß alle dieses Abteylichen Hof's, Lehen / es werden die Weibs, Personen dann in denen Lehen, Brieffen außdrücklich benennet / dieses Stiffts und Lehen, Cammer uralten Gebrauch und Observanz nach zu denen Lehen nicht zugelassen. Zu dessen mehrer Urkund des Fürstlichen Stiffts Cangley, Lehen, Secret unten aufgedruckt worden. Geschehen Quedlinburg am 23. Novembr. 1683.

(L. S.) J. Windtreuter, Mppriâ.

*Abbatia Imperii & Principalis immediata Gandersheimensis.*

Demnach beständige Nachricht verlangt wird / was es mit denen von hiesiger Fürstlichen Abten Gandersheim rührenden Lehen für eine Bewandniß habe / ob dieselbe Mann, Lehen oder auch dabey Weiblich, oder Kuncel, Lehen seyn. So wird der Wahrheit zu Steuer hiermit attestirt / daß bey hiesiger Fürstlichen Lehen



Lehen - Cammer der Gewohnheit nach / durchgehends Feuda Masculina im Schwang seyn / und dazu keine Weibsbilder gelassen werden / es wäre dann / daß ihrer in literis Investituræ ausdrückliche Meldung geschehen wäre / sonst werden die Lehen - Güther bey Abgang des Mann - Lehen - Stamms / wann niemand darauf beantwortet / non habita ratione Foemellarum an die Fürstliche Abtey hinwieder gezogen / wie dann solches legthin auch bey Abgang des Adelichen Geschlechts der Stuckheim und andern mehr geschehen. Urkundlich ist dieses Attestatum unter dem Fürstlichen Lehen - Siegel aufgefertigt. So geschehen auf Fürstlicher Abtey Gandersheim den 7. Novembr. 1683.

(L. S.)

*Abbatia Imperii immediatæ Werdensis.*

Demnach einige Nachricht verlanget wird / was es mit hiesigen Kayserl. Freyen Stiffts Werden Lehen für eine Beschaffenheit habe / ob auch deren die Famellæ fähig seyen; So wird der Wahrheit zu Steuer hiermit bezeuget / daß bey hiesigen Kayserlichen Stiffts Lehen - Cammer theils Feuda pure Masculina, theils aber Promiscua sich befinden / in Masculis werden die Weibsbilder gänglich außgeschlossen / in Promiscuis aber (wann auch deren in literis Investituræ keine Meldung geschicht) zugelassen. Urkundlich ist dieses Attestatum



Statum unter hiesiger Chancley Insiegel außgefertiget und mitgetheilet. So geschehen auf der Reichs-Abtey Werden den 20. Novembris 1683.

(L. S.)

## OBSERVATIO CII.

*Modus Collectarum antiquus cum moderno collatus. Ubi de conventionione exemptionis causa obscure facta, ejusque interpretatione.*

**J**uris collectandi subditos in Regionibus Germaniæ non est ubique eadem ratio, modus & finis. Neque etiam antiquiore tempore Jus hoc insigne eo usque deductum erat, quo videmus hodierna tempestate exerceri. A quinquaginta circiter annis magna est ea in re cum tempore nostro dissimilitudo: multo major, si ascendamus altius. (I) In Regione aliqua Imperii, ubi subditi sunt etiam homines proprii, conventio erat inita Anno 1614. inter Dominum territorii & Nobilem eidem territorio subjectum, daß dessen Leibeigene mit Schutz und Steuer nicht belegt werden solten / hæc conventio antiqua, tempore in quo vivimus, non poterat intelligi ita crude, ut etiam de Collectis Imperialibus & Circularibus, vel etiam iis, quas vocant Land-Steuren / i. e. Provinciales proprie sic dictas, esset accipienda. Seculo XVI. & initio XVII. si quæ Collectæ Imperii nomine exigebantur, quod  
de



de Turcicis est certum, nullus subditorum erat exemptus, (2) adeo ut Imperii Judicia promptissime contra inobedientes auxilium ferrent. (3) Circulares & Provinciales tunc in tali frequentia, qua sunt hodie, non erant. Aliæ poterant esse Collectarum species, quæ ad solius Domini commodum referebantur. Has in ista conventionem intellectas, non vero alias, verosimilius visum fuit. Ipsos paciscentes de sensu conventionis antiquæ dubios fuisse, ex subsequuta Domini territorialis declaratione Anno 1708. colligebatur, quæ tamen non erat magis clara, daß die Adelige Leibeigene von dato an nicht mehr in extraordinariis, sie haben Nahmen wie sie wollen / sollen belegt und angezogen werden. Appellatio extraordiniarum est ambigua, & si de iis quæ ad utilitatem Domini referuntur intelligitur, aliter erat denominanda. Sed verentur sæpius Domini dare huic rei nomen verum & adæquatum, cum tamen ipsius lucri ex Collectis ipsos non pudeat. Si Collectæ Imperiales & Circulares sub nomine extraordiniarum veniant, (4) declaratio ista erat inutilis & nulla, quia contra Jura Imperii, & accresceret pars ista subditis Domini reliquis. Hæc considerata fuere in causâ Mandati de restituendo vi ablata, non contraveniendo transactioni & propriæ declarationi, sed eis se conformando J. W. L. von H. contra Hn. L. P. W. und R. zu G.

(1) Ante Seculum XVI. Collectas subditis imperatas fuisse à Statibus



tibus Imperii, probatu erit difficile. Non, quod potestate territoriali, quam hodie superioritatem vocant, caruerint, sed quod ei hæc potestatis pars nondum fuerit aggregata. De tempore pacifico loquor, non de bellico, in hoc enim regnat armorum vis, & victorum vel viribus instructorum mos solennis, debilioribus tributa, & quid non? imperare pro arbitrio. Non negaverim etiam dari in Germania Regiones, ubi ex ipsa subjectionis antiquissima formula amplior fuerit potestas Dominorum: Quæ tamen ad alias Provincias perperam accommodaretur. Ex propriis bonis sustentavere plerique Domini regionum & se & familiam vere quisque pro modo facultatum, luxus hodierni felici ignorantia. Si supererat quid, ad ædes sacras aliasque foundationes intentione bona impendebatur majore liberalitate quam quæ hodie esse solet. Quæ ad regiminis administrationem erant necessaria, consensu ordinum Provincia, vel qui pagis & vicis erant præfecti, conferebantur. Omnis itaque collectarum origo à voluntario parentium consensu repetenda erit: Qui tamen successu temporis in morem ivit, auctisque superioritatis territorialis partibus, aucto etiam impensarum modo, ad necessitatem hæc res pertracta fuit, & eximiis Juris territorialis signis accensita. Ita accipienda est doctrina Meichsneri *part. 2. lib. 1. decis. 6. pag. 307. 311. 314.* & *decis. 9. pag. 388.* & *lib. II. decis. ult. num. 177. pag. 129.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 14.* quod ex superioritate territoriali derivetur Jus indicendi Collectas, ubi notari velim, à Jure superioritatis ad Jus Collectarum recte concludi, nisi probetur exemptio: non vero à Jure Collectarum ad Jus territoriale nisi alia concurrant signa, Rosenthal. *cap. 9. conclus. 74.* Lyncker. *lib. 1. respons. 97. num. 25.* & *respons. 193. num. 3. 36. 56.* Successisse Jus collectarum à subditis exigendarum in locum *Sequelæ* autem, posteaquam firmata Pace publica *Sequelæ* Jus non magnæ esset utilitatis, existimat Lynckerus *lib. 1. respons. 25. num. 41.* & *respons. 105. num. 1.* Initium Collectarum à Contributionibus publicis Imperii extitisse admodum



dum est verisimile. Hæ cum Anno 1495. per Constitut. Imper. vom gemeinen Pfennig cœpissent, modusque hic contribuendi tempestate continuaretur, *Recess. Imper. Spirens. 1542. §. 26.* & *Noribergensis 1542. §. 50. Spirens. Anno 1544. §. 25. seq. Augustan. 1548.* Ordines Imperii (quorum maxime intererat, ut bona patrimonialia antea pro conferendis æqualiter Contributionibus una cum bonis subditorum taxata, *Recess. Imper. Spirens. 1542. §. 44.* ab hoc onere eximerentur) sollicitè laborarunt ut omne Contributionum onus devolveretur in subditos. Ad hoc obtinendum primus erat gradus in Lege publica *Recess. Imper. 1566. §. Diweiß nun 2c. 41.* ubi de Collectis pro defensione contra Turcas ita constitutum: So soll es derowegen einer jeden Obrigkeit / wie rechtmäßig herkommen und recht ist / frey stehen und zugelassen seyn / ihre Unterthanen Geistlich und Weltlich / sie seyen exempt, befreyet oder nicht befreyet / niemand außs genommen / derohalben mit Steuer zu belegen. adde *Recess. Imper. Anno 1576. §.* Und nachdem diese ansehnliche Hülffs / Leistung 2c. 11. *Recess. Imper. 1594. 1598. 1603. ibi:* Weil denen Herren aus ihren Cammer / Mitteln solche Hülffe zu leisten schwehr und unerswinglich 2c. Hæc res deinde ad imitationem perducta fuit, licet non omnimodam, ita ut non solum Collectæ Imperiales sed etiam aliæ oneri essent subditis, variique impositionum tituli excogitati. Qua de re alibi actum fuit prolixius.

- (2) *Dict. Recess. Imper. 1566. §. 41.*
- (3) *In Ordinat. Camer. part. 1. tit. de causis Fiscalibus §. 3. 7.*
- (4) Locus classicus est de Jure Collectarum apud Gail. *lib. 2. observat. 52. num. 50. & observat. 53.* Imperiales auctoritate Imperatoria juxta Leges Imperii indicuntur, Provinciales virtute Regalium & potestatis territorialis, Meichsner. *lib. 1. part. 2. decis. 6. pag. 315.* junge Hugonem *de Statu Region. German. cap. 3. §. 29.* Stryck. *de Jure Subcollect. cap. 1. §. 10.* Quod vero in *Dissertat. Klockiana de Contributionibus*, quæ reperitur



tur inserta *Nucleo Jur. publ. Gießensi conclus. 7.* legitur : In toto terrarum orbe nullum reperiri Regem, aut Principem cui fas sit tributum subditis suis sine ipsorum consensu & voluntate imponere, nisi violentia & tyrannide uti velit. Hoc cum aliis crude nimium ibi positis, Auctori suo relinquendum erit. Paria scribere vel exscribere non est veritus Mylerus de *Princip. & Stat. cap. 62. §. 8.* Melius ratiocinatur Merckelbach. in *Consilio adjecto Operi majori Klockian. de Contributionibus.* & Auctor *Scripti cui titulus Umständliche Nachricht was in puncto Extensionis des Jüngern Reichs Ab-schieds de Anno 1654. §. Und gleichwie ic. 108.* gehandelt worden. De modo partiendi onus inter subditos pro cujusque Regionis statu & conditione, ne alius præ alio gravetur. Notabiles sunt *Sententiæ Camerales in Collectione nova* evolvenda de Anno 1662. Num. 703. in verbis : Durch unpartheyische / der Sachen erfahrne Leute / und mit Zuziehung aller Interessenten, den Klägern ein billichmäßigen Anschlag / deren und übriger der Grafschaft Leuten / und Unterthanen Anzahl / Mittel und Vermögen nach (damit sie Klägere ein gewisses Quantum, was und wie viel ihnen von jedem Hundert / an denen in gedachter Grafschaft vermög der Reichs-Satz- und Ordnung vorfallenden gemeinen Beschwerden / auch andern billichen und zulässigen An- und Umlagen / jedesmal abzutragen oblige) eigentlich wissen mögen / aufrichten lassen : *Alia Sententia fere similis de Anno 1675. Num. 749.* ibi : Erkennt / das Besklagte zu des Gotteshaus und gemeiner Landschaft erheblichen Nutz und vorfallender Nothdurfft / nach der vorhero beschenehen Verkündigung / die klagende Unterthanen mit ziemlich gebührenden Schatzungen und Anlagen zu belegen befugt / Klägere auch solche zu geben und zu erlegen schuldig seyen / jedoch mit diesem Zusatz / das selbthane Land- & Steuer von Mannlichen und Schöpffen / und dazu verordneten Gemeinds-Leuten / nach Proportion eines jedwe-



jedweden Vermögens umgelegt / und demnechst durch einen von Beklagten angeordneten / und zugleich dem Kläger mit vereydigten Einnehmern erhoben / gehöriger Orten gelieffert / und darüber beyden Theilen von besagtem Einnehmern Jährliche gebührende Rechnung geleistet werden soll. Huc pertinent Extractus sequentes recentiorum Sententiarum Anno 1726. Ist erkannt / daß Herr Beklagter das klagende Gotteshaus bey Repartition der Reichs- Creysß- und zu gemeiner Lands- Nothdurfft erfordernten Steuern zu admittiren / und ihm den eigentlichen Belauff des jedesmaligen ganzen Quanti zu communiciren / auch gedachtem Gotteshaus oder dessen Unterthanen der Quota halber bey dem 8ten Theil gegen übrige Landschaft / ohne die Landes- Städte / so lang Herr Beklagter durch Producirung glaubhafter Matricular- Auftheilung oder sonstige Beweißstücke / einen andern proportionirten größern Fuß beweislich nicht darthun wird / zu lassen schuldig seye. Et alia de Anno 1727. Daß beklagte Lands- Herrschafft bey dem Jure collectandi und der Macht Contributiones nach erheischender Nothdurfft zu vermehren und vermindern / zu schützen sey / jedoch also und dergestalt / daß solch Recht Reichs- Constitutions- mäßig gebraucht / auch zu Privat- in das Publicum nicht einschlagende Aufgaben / keine Schatzung / sondern allein zu Bestreitung der Reichs- Creysß- und allgemainen Landes- Lasten / ein denenselben proportionirtes Quantum an Schatzung aufgeschrieben werde : Zu welchem Ende die Fürstliche Lands- Herrschafft denen Lands- oder Gemeind Vorstehern gegen den Eingang eines jeden Jahrs / einen ohngefährlichen Entwurff / was im bevorstehenden Jahr zu Bestreitung der Publicorum erfordert werden dörfte / ohne jedoch / daß die Unterthanen hierüber eine ganz genaue Berechnung zu fordern haben / vorzulegen schuldig.



## OBSERVATIO CIII.

*In causis individuis appellatio unius proficit Consorti, licet hic alio remedio usus esset.*

QUAMVIS Jura hæreditaria inter hæredes activa & passiva ipso Jure sint divisa; (1) Ubi tamen agitur de Jure individuo, v. gr. prosecutione hypothecæ (2) divisionis, illius non habetur ratio. Exemplo res erit clarior: Creditor Titius actionem hypothecariam instituerat contra hæredes Sempronii debitoris qui hypothecam constituerat non in partibus bonorum, sed generalem in omnibus. (3) Cum condemnati fuissent hæredes, unus ex iis appellatione neglecta, remedio Revisionis consulere sibi voluerat: alter vero ad Cameram Imperialem appellaverat. Neuter de alterius consiliis certior factus, exorto dubio de causæ devolutione, non solum ob Revisionem ab altero petitam, sed etiam ob summam, quæ in parte una non videbatur adæquate summam Privilegii de non appellando Judicis prioris: Qui proinde imploratus executionem demandaverat, appellans vero in Camera Mandatum attentatorum revocatorium obtinuerat. Rationes erant pro fundata Judicii supremi Jurisdictione, sive confirmanda esset sententia à qua sive reformanda: Quia sententia Judicis appellationis non posset non ferri de Jure hypothecario universo, adeoque victoria  
appel-



appellantis prodesse etiam alteri, vel si contra illum pronunciaretur, utrique nocere. (4) Neque etiam quid actum esset in Revisorio constabat, imo fuisse delictum allegabatur. Revisorium Judicium ut trahe- ret ad se causam in superiore appellatorio receptam, auctoritati hujus minime convenire: Summa appella- bili existente cessare Revisorium.

- (1) *L. 1. Cod. si cert. petat.* De realibus vid. Carpzov. *part. 2. con- stitut. 2. definit. 25.* Mev. *part. 7. dec. 115.* Brunneman. *part. 1. decis. 44.*
- (2) Hofmann. *de Individuitate.* (quem tractatum Lynckero, Præ- ceptori olim suo & Præsidi inscripsit honoris causa) *cap. 3. sect. 3. num. 27. 32.*
- (3) Licet creditori actione generali hypothecam in omnibus bo- nis constitutam persequi, Gratian. *Disceptat. Forens. cap. 16. num. 12.* Mev. *part. 4. decis. 190. & part. 5. decis. 68.*
- (4) Hofmann. *dict. tractat. cap. 5. num. 23.* Salgado *Labyr. Cre- ditor. part. 3. cap. 1. num. 179.* Mev. *part. 8. decis. 105. & 425.*

## OBSERVATIO CIV.

*Variae Considerationes in materia sylvarum,  
cadendorumque lignorum & venationis.*

FRæquentes in Judicio Imperialis Camerae existunt lites Subditorum adversus Dominos de Jure in syl- vis & nemoribus. In quibus pro cujusque loci diversis circumstantiis distincte procedendum esse Domini ju- dicarunt. Singula cujusque causae merita recensere non est instituti nostri. Generalia principia decisio- num,



num, quæ in plurimis obſervavimus, annotare hic viſum fuit:

I. Quemadmodum in Jure perſonarum alia eſt libertas privata alia publica, illa oppoſita ſervituti, hæc ſubjectioni civili; Ita in Jure rerum diverſa ſunt Dominium & Imperium. Dominium eſt privatorum, Imperium vero ejus, qui poteſtate civili gaudet. Concurrere tamen poteſt utrumque in eodem ſubjecto, nam qui Jus Imperii habet, à Dominio privato non excluditur.

II. Poteſt habere aliquis utilitatem ex fundo alieno, idque vel Jure ſervitutis acquiſitæ, vel conſeſſione alia Domini legibus certis circumſcripta. Perperam itaque fiet ab utilitate iſta conſuſio ad Dominium, multo minus quod ſint liberi ab Imperio.

III. Tametſi univerſitas aliqua dominium plenum habeat ſylvæ, à Jure Imperii tamen liberam ſe eſſe credere non debet, ita, ut territorii Domino non ſit poteſtas uſum ſylvæ legibus circumſcribendi, ne ex abuſu naſcantur damna cum ipſi Domino tum reliquis ſubditis.

IV. Eſt enim ſylvarum ratio peculiaris in comparatione cum rebus aliis quæ ſunt vel univerſitatis vel ſingulorum. Publicæ rei expedire dixit Juſtinianus §. 2. *Inſtitut. de his qui ſui vel alieni Juris.* ne quis re ſua male utatur. Quod ſi quis agrum ſuum, ædes, perdat, pecunias dilapidet, damnum erit magis privatum



vatum quam publicum : Sylvam propriam si quis devastet, arbores excindendo vel alio modo, publicum etiam exinde exurgere potest malum. Præterire secula ista, in quibus Germania sylvis abundabat, ita ut opus esset frumenti serendi gratia partem sylvarum in agros cultos commutare. Hac tempestate sylvæ inter pretiosissimas res territorii habentur, cum necessitas non modo, sed etiam prodigalitas in ædificando & calefaciendo, lignorum penuriam toti Germaniæ minetur, ut nisi in tanta humani generis fœcunditate modus præscribatur, metuendum sit, ne accidat tandem, quod est in fabula, *de mactata gallina, qua alternis diebus posuerat unum ovum aureum.* Citius enim consumuntur quam crescunt arbores.

Existere sylvarum & arborum cæduarum numerum magnum in Germania non dubitamus. Sufficit, quod Urbibus, Vicis, Pagis, ubi lignis opus est, non sint vicinæ, & difficultas advehendi sumptusque quotidie crescant.

V. Si ergo territorii Dominus in cædendis lignis & usu sylvæ etiam ipsis, quorum est proprietas, modum præscribat publicæ utilitatis gratia, tali vero ordinatione adstringi nolint subditi; pro qualitate culpæ aut inobedientiæ animadversione erunt digni. Ea vero est rusticorum cum primis perversa opinio, quod privatum sylvæ dominium, si quod est ipsis competens, Imperio & legibus subjacere persuaderi nolint.

Mm

Hinc



Hinc frequentissimæ querelæ contra Ordinationes sylvaticas, quæ si publicæ utilitatis causa constitutæ sunt, judiciali auctoritate tuendæ; si vero, quod fieri quandoque non negarim, eo fine sunt compositæ, ut proprietas sylvæ sensim Domino territorii adquiratur, moderandæ.

VI. Jus venationis priscis temporibus cuilibet occupanti liberum, proximioribus seculis consuetudine, vel etiam consensu expresso Subditorum Dominis territorii fuit acquisitum & regalibus accensitum plerisque in Regionibus. Ergo si Dominus territorii de usu sylvæ, etiam privatorum, tales fecerit leges, ne Jus venationis impediatur vel inutile reddatur, eas ut patiantur subditi & cuique Jus suum tribuatur, Judex officium interponet imploratus. Qua in re tamen abusum Dominorum imperantium & Officialium indagare & ad æqualitatem omnia redigere impossibile est. Conscientiæ cujusque Domini relinquenda sunt, quæ Judiciale moderamen ad amissim non ferunt.

VI. Dixi de sylvis quarum proprietatem habent subditi, salvo Domini territorialis Imperio. De iis, quæ imperantium sunt propriæ Jure Domini privati, jam est differendum. Sunt enim plura territoria, quorum redditus præcipui sunt ex sylvis.

In principio verum est quidem, non minore Jure uti Dominos in rebus propriis quam quilibet alius, scilicet, ex re mea, me invito, utilitatem nulli alii capere licet,



licet, & possum ab ea quemcunque prohibere modis competentibus. Cur non idem licebit Domino imperanti?

Est tamen ex ipsa societate civili etiam obligatio naturalis, ut Dominus etiam conservationi subditorum studere debeat. Quod futurum non esset, si Dominus in rebus suis, quibus frui ipse non potest pro necessitate privata, subditis necessaria concedere nolit accepta retributione.

VIII. Hoc principium ipso naturali Jure fundatum, ad substratam materiam ita applicatur: Domino si sint sylvæ, in quibus utilitates lignorum, pascuorum, glandium &c. sunt abundantiores quam Domini necessitas requirat, ratio prudentiæ dicitur, ut id quod superest, vendendo vel commutando permittatur aliis, & subditis magis quam extraneis, si par sit conditio. Quandoque etiam leviori pretio subditis pro re nata & petentis modestia.

IX. Hæc vero quæ Jure imperfecto debentur, vel quæ in beneficio sunt habenda, si subditi auxilio Judicis superioris impetrare præsumant, hos ipsos in Jus naturale peccare existimandum erit. Obstinatus subditorum ad inobedientiam animus Dominos facit quandoque duriores. Observavimus interdum, rusticanam gentem tanta esse malitia, ut ad audendum quidquam, nisi metu cohiberentur, sint parati. Et residua adhuc esse cumprimis in superiori Germania se-



ditionis rusticorum semina. Neque hoc mirum, cum doctrinæ sanioris Christianæ, optimæ & certissimæ mentis medicinæ, paucissimi aures animosque præbeant (deficit etiam sæpius recta & diligens institutio) hinc quod cuique in mentem venit, rectum esse putat, se vero ab imperantibus opprimi persuasum habet. Neque desunt in hac plebe homines, qui inter alios sapientiores videri volunt, quos reliqui tanquam oracula audiunt: non deficiunt esurientes rabulæ, qui adversus dominos auxilium ipsis pollicentur. Hos deinde clientuli collaudant, hos audiunt, his obsequium præstant, ad litem cum domino gerendam facillimo animo conferunt pecunias, fructus pecorum & alia: Ubi domino est aliquid præstandum, querelas cient, Judicem vociferationibus fatigant. Si forte contigerit Processus aliquos decerni ad petita subditorum, cum primis Mandatorum, tunc victoriam litis sibi imaginantur imperiti, vel à patronis sibi persuaderi patiuntur. Illico domino obedire recusant, & si iste ad obedientiam cogere pergat, nil nisi attentata & violentiam clamant. Prudentia vero Judicis, licet vociferationes istiusmodi ferat patienter, non tamen protinus habebit fidem, nec summum in mora periculum subesse credet, sed mature cognita causa, quid opus sit, statuet, *Exempla hujus rei sunt quotidiana.*

OBSER-



OBSERVATIO CV.

Operarum indeterminatarum ungemessener

Dienste à subjectis hominibus præstandarum  
fundamenta, & conditiones.

§. I.

Quemadmodum à Jure exigendi operas indeterminatas non sequitur Jus in personas, ut qui ad operas præstandas tenentur, propterea sint in conditione hominum priorum; Ita etiam qui contra operarum exactionem pugnant, frustra fundamentum contradicendi quærunt in libertate personarum. Exiguntur enim operæ indeterminatæ etiam vi potestatis territorialis, salva in cæteris personarum libertate, adeoque fundatam habet territorii Dominus intentionem, nisi probetur operarum modus & determinatio. (1) Diversa est consideratio, si, quod in Regionibus nonnullis observatur, alius est territorii Dominus, alius Dominus personarum. Licet enim major sit obligatio subditi erga potestatem territorialem, quam hominis proprii erga suum Dominum. (2) Ex Jure territorii tamen non fluit Jus in personam tanquam propriam, cujus rei insigne (3) præbet testimonium famosum illud *Laudum Heilbronnense* inter Electorem Palatinum & vicinos Imperii Status Anno 1667. (4) Tali ergo casu uterque Dominus operas simpliciter indeterminatas exigere non poterit. Aliæ enim sunt operæ ad necessitatem publicam, aliæ ad privatam: illæ Domi-



no territorii debentur prout requirit necessitas, hæ vero Domino personarum. Hic, quicumque sit, operas indeterminatas postulando, intentionem habet etiam fundatam donec aliud probetur. (5) Ita tamen, ut obligatio subjectionis territorialis semper sit anteferenda dominio privato in personam.

- (1) Frommann. *Dissertat. de Operis Subditor. §. 19. 23.* Lyncker. *lib. 2. respons. 77. num. 3. 4.* hinc vocantur operæ in eminentes tanquam ex principio eminentiore fluentes, Grollmann, Jctus Hassiacus *Dissertat. prima de Operar. mutat. §. 8. 9.*
- (2) Stammius Assessor quondam Camerae *de Servitut. Personal. lib. 3. cap. 4. num. 3.*
- (3) Böhmer. *Dissertat. de Statu Homin. propr. sect. 3. §. 4.*
- (4) Auctor fuisse dicitur Celeberrimus Dav. Mevius.
- (5) Böhmer. *dict. Disputat. sect. 3. §. 13.*

§. II. Appellatio operarum indeterminatarum non habet significationem adeo crudelem quam præ se ferunt querelæ subditorum, vel consuetudine morosiorum, vel à causidicis ita exaggeratæ. Sed in effectu modum habent vel sua natura, vel juxta morem cujusque Regionis. Excluduntur enim intellectu ipso, quæ ad excessum pertinent & sævitiam sapiunt: quæ sunt inhonestæ, periculosæ: De iis quæ extra territorium præstari jubentur, Regionis consuetudo attendenda est, in eventum arbitrium prudentum, ut etiam subjectis ad se alendum cum familia tempus suppetat. (6) Deinde, male in hac materia adhibetur distinctio (in aliis etiam usus non magni,) inter ea quæ sunt



sunt favorabilia & quæ odiosa, nam conditio Dominorum æque est favore digna, ne per morositatem subditorum Jure competente defraudentur. (7) Non itaque laborandum est Judici in causis talibus, de moderamine operarum, nisi certum sit principium, quod adsit excessus. Jure suo Dominus utendo, de excessu non erat conveniendus. Neque si refractaneos ad officium mediis legitimis compellat. (8) Possessionem Domino si Judex eripere vellet per sententiam, gravissimi excessus ipse reus foret, & infinitas subditorum querelas in toto Imperio excitaturus. Judicis prudentis officium est potius, ut etiam Dominorum Jura facta, tectaue contra immorigeros & obstinatos manent. (9) Indeterminatæ operæ, si recte ineatur ratio, Dominis sæpius sunt majori oneri quam subditis, his vero tolerabiliores quam quæ determinationem habent certam, adeo, ut in multis Regionibus magis expediat Dominis transigere cum subditis, & quantum pecuniæ operarum loco accipere. Nam

I. Numerus subditorum in territorio plerumque est tantus ut singulorum opera quotidie non opus habeat Dominus.

II. Qui subditis præstatione operarum adeo gravis esse voluerit, ut ad culturam agrorum propriorum, & victum quærendum tempore destituantur, is mox experietur damno proprio, quod maneat Dominus hominum mendicantium, & cum familia per alias  
Regio-



Regiones vagantium. Hoc certe ut caveat quisque, naturalis dicitur ratio & prudentia.

III. Subditi si operas tempore debito & diligenter præstent, definit necessitas operarum: si vero, quod fit ut plurimum, negligenter opus faciant, ipsorum est culpa quod repetendæ sint operæ præcedenti die omisæ, vid. Berlich. *part. 2. decis. 210.*

IV. Status operarum indeterminatarum in unaquaque Regione non potest esse talis, acsi omnes & singuli quotidie ad operas vocentur: sed partitio fieri solet, ita ut æqualitas sit inter operarios, neque alter præ altero prægravetur: neque præsumitur quisquam advocare plures quam habet opus, plerumque enim datur præsentibus aliquid cibi & potus.

V. Differentia est inter operas manuaras, & quæ fiunt per jumenta. Cui sunt jumenta, ad operas manuaras non adstringitur, si vero hic absque jumento adfuerit, hoc in damnum cedit Domino. Callidi enim satis sunt rustici in minuendo operarum modum & tempus, & indeterminatas ipso facto determinando.

(6) Frommann. *Dissertat. de Oper. Rusticor. §. 37. seq.* Krebsius *Affessor Camera tractat. de Ligno & Lapide pag. 485. §. 15. edit. Anno 1700.* ubi ait, si exactio fiat moderate secundum boni Viri arbitrium, etiam ex alieno territorio ligno adventum deberi, vel frumenti, vini, aliarumque rerum necessariorum &c. adde *ibid. pag. 341. §. 3. & pag. 320.* omnem regulam ungemessener Dienste statuit Auctor celeberrimus esse vel Jus eximium territorii, vid. *§. 9. vel consuetudinem,*



tudinem, in Regione secundum quam antiquo tempore præstita fuerunt opera, vel ab aliis hominibus in ea Regione fieri solita. Hic vero Judex non movebitur allegationibus, quas ex *Balthasaris*, *Erhardi*, aliorumque opusculis deprimere solent Advocati, ut causæ inserviant subditorum contra Dominos: Operarum exactionem esse Juri communi adversam: omnes præstationes credi debere vitiosas adeoque restringendas in dubio: Et quæ alia ex principiis Juris Romani male derivantur, vel ex applicatione inconsulta, tituli Codic. Justiniani *lib. XI. Ne Rusticani ad ullum obsequium devocentur*, ad Jus Germanicum. Quæ *Brunnemannus in Commentario* ad hunc titulum deduxit porismata, ad Nobiles mediatos pertinent non ad territorii Dominum. Usus istiusmodi axiomatum ne quidem *Andlerus Consiliarius* quondam Imperial. *Aulicus* temperavit in *Jurisprud. lib. I. part. XI. tit. V. num. 20. seqq.* ubi in substrata materia agit de operis rusticorum sexaginta, qui dicuntur adstricti fuisse ad operas 1666. tempore, duorum mensium. Ad immoderatas quomodo referri poterint, auctor non explicat, nam cuilibet mense uno 13. circiter impositas fuisse ostendit calculus. Savitias ergo alias accessisse est credibile.

- (7) Materia operarum, optime ait prælaudatus *Krebsius dict. tractat. de Ligno & Lapide pag. 340.* quas subditi non qua tales, sed ex conventionem vel præscriptionem debent, ad instar conventionum & præscriptionum stricti Juris est, & restringenda, etiamsi essent indeterminata. Aliud vero dicendum si debentur Jure Dominii. Indeterminata non dicuntur, quod non habeant neque modum neque tempus, sed quod certa non sit determinatio, vid. *Ertel. Prax. Aur. part. 1. cap. 7. observat. 4. & 18. Ruland. de Commissar. part. 3. lib. 3. cap. 3. num. 9. Mev. part. 4. decis. 133.*
- (8) *Lyncker. Gravam. Extrajudicial. cap. 8. pag. 708. num. 3. adde cap. 4. pag. 334.* ubi ex Italo quodam Auctore axioma aliquod de subditorum inobedientia solita adfert, quod tam-



etsi ego normam Judicis esse nollem, hoc tamen experientia docet, quod erga subditos, si sint faciles & dicto audientes, nemo Christianus tanta severitate sit futurus, ut omnia ad ultimum, ut ita loquar, obolum exigere velit absque moderatione vel indulgentia. Si vero de Jure oritur contradictio, unusquisque conservationi operam dare solet, neque facile quidquam remittere. Hinc si subditi sint ad morositatem concitati, Dominus vero Juris conservandi intentus, illi confestim clamitant excessus.

- (9) Zach. Vietor. *de Exemption. conclus. 14.* Lyncker. *de Superioritat. Territor. pag. 80. seq. Ertel. Prax. Aur. part. 2. cap. 19. observat. 1.*

## OBSERVATIO CVI.

*Officium Tutorum arduum & onerosum: etiam iis, qui sunt tantum honorarii: Obligatio heredum tutoris: Quantum competat Juris Viduae tutoris nobilis: Quantum filiae respectu dotis contra creditores. Creditoris hypotheca in feudo expressa cum consensu Domini, praefertur tacita pupillorum.*

**P**ublicae rei interest, ut pupillorum bona per tutores recte administrantur. (1) Hinc tantae cautelae in Jure sunt constitutae in tutoribus constituendis, & ut salvae res sint pupillorum. (2) Nemo iniquo animo ferre debet, ut contra se tutorem statuatur, quod ipse, ut liberis propriis minorennibus praestetur, optaret. Neque etiam honorarii tutores (3) vel ipse Magistratus tutorem constituens, ab obligatione in even-  
tum



tum habent immunitatem. (4) Hæredes tutorum si per horum negligentiam patiantur, ferre hoc debent, vel hæredes non esse. (5) Non exaudiuntur à Judice querelæ & lachrymæ, quod nulla filiorum vel hæredum sit culpa. (6) In executione hujusmodi bonorum tutoris nihil non movere solent ad eam impediendam, vel Vidua, vel Filii, vel Filiæ. Hæ ratione dotis promissæ: Ilii pro competentia: Ista pro illatis: Non deesse etiam solent creditores alii: Qui, si antiquiore gaudeant hypotheca, vel in feudis etiam posteriore, consensu Domini directi munita, præferendi erunt in executione hypothecæ tacitæ pupillorum alioqui privilegiatæ. (7) Vidua si probaverit dotem illatam, etiam gaudebit Jure prælationis, & dotalitii usuris consuetis decimi denarii ex bonis mariti præstandis. (8) Paraphernalia bona tali privilegio non gaudent. (9) Filiis Vasallis nobilibus beneficium competentia communi calculo tribuunt Jcti, (10) quod tamen pro qualitate casus & personarum est moderandum, ita ut quam minime in damnum pupillorum cedat. Dos filiarum soluta erga renunciationem collationi quidem in Famil. herciscund. Judicio non est obnoxia, (11) non soluta vero creditoribus anterioribus non præferitur. (12) Neque etiam pacta familiarum, in quibus filiarum dos constituitur, naturam habent fideicommissi, (13) neque etiam pactum tale virtutem exserere potest contra creditores, si filia multos post annos



nata fuerit, (14) imo à matrimonii contracti demum tempore dos incipit deberi, neque ejus nomine hypotheca tacita in bonis paternis est constituta. (15)

- (1) *Princip. Institut. satisdat. tutor. Novell. 72. Præfat. Schilter. Praxi Jur. Roman. tit. de Tutelis aphorism. 2. 3.*
- (2) *Tituli ff. de administrat. & pericul. Tutor. & tit. de Tutel. & rationibus distrabend. aliisque pluribus, & ibi Commentar. Ordinat. Polit. Imper. Anno 1577. tit. XXXII.*
- (3) *L. 26. §. 1. de testamentar. Tutel. Honorarius tutor est, qui honoris tantum, non oneris causa datur, ut otiosus observaret gerentes tutelam, non gereret ipse. Neque tamen plane otiosus & immunes à periculo esse tutores honorarios Leges voluere, id quod exprimitur in l. 14. §. 1. de Solutionibus. & l. 3. §. 2. ff. de administrat. & pericul. Tutor. cujus verba: Ceteri igitur tutores non administrabunt: sed erunt hi, quos vulgo honorarios appellamus. Nec quisquam putet, ad hos periculum nullum redundare. Constat enim, hos quoque, excussis prius facultatibus ejus, qui gesserit, conveniri oportere: dati sunt enim quasi observatores actus ejus, & custodes: imputabiturque iis quandoque, cur, si male eum conversari videbant, suspectum eum non fecerunt. Assidue igitur & rationem ab eo exigere eos oportet, & sollicite curare, qualiter conversetur: & si pecunia sit, quæ deponi possit, curare, ut deponatur ad prædiorum comparationem. Blandiuntur enim sibi, qui putant, honorarios tutores omnino non teneri: tenentur enim secundum ea, quæ supra ostendimus. Juramentum ab honorariis tutoribus etiam præstari dictum fuit *Observat. 62.* quod tamen remitti potest, præstita loco Juramenti stipulatione, *Lauterbach. Dissertat. de Tutore honorar. §. XXIII.* Nihilominus bona tutoris honorarii hypotheca tacita sunt subjecta, *Lauterbach. dict. loc. §. XXIV.* Nisi honorarius tutor tantum consilii gratia petitus, obligationem bonorum exceperit.*
- (4) *Effectus actionis subsidiariæ, quia est personalis ex culpa propter*



pter mutatas sapius personas Magistratus, est difficilis, neque ad hæredes tranfit, sed tamen ab usu recessisse dicendum non est. Varia ejus rei sunt exempla in Imperiali Camera Anno 1659. *Collect. Nova Sententiar. Num. 900.* & Anno 1713. in caufa Eckart contra Hönningerin.

- (5) Una persona sunt in effectu Juris hæres & defunctus, *Novell. 48. Præfat. l. 193. ff. de Regul. Jur.*
- (6) Lachrymis non amoveri debet Judex à tramite legum, *l. 19. §. 1. ff. de Offic. Præsid.* culpam & imprudentiam parentum & antecessorum multi luere debent, & ita petitori forent ipsi, si essent actores.
- (7) Böhmer. *Disputat. de hypotheca feudal. cap. 2. §. 15.* ratio est evidens, quia creditor fidem non solum Domini, sed etiam Valli fuit secutus, cui per hypothecam tacitam in feudum non competentem injuria fieri non debet.
- (8) Illatio dotis requirit probationem plenam, neque sufficit confessio mariti, *Lyncker. lib. 1. respons. 42. num. 52. & resp. 145. num. 24. seqq.* cum primis si uxor concurrat cum creditoribus *Gail. lib. 2. observ. 81. Coler. Process. Executiv. part. 3. cap. 1. num. 116.* Neque vidualitium debetur nisi illatione probata, *Carpzov. lib. 4. respons. 20. num. 16. Stryck. Cautel. Contract. cap. 3. §. 29. Lyncker. dict. respons. 145.*
- (9) Hypotheca tacita tribuitur quidem uxori in bonis mariti etiam quoad Paraphernalia, sed absque Jure prælationis contra creditores, *Gail. lib. 2. observat. 92. num. 10. seq.* Satis est beneficii, ne in concursu creditorum locum habeat inter Chirographarios, vid. *Myler. ad Struv. tit. in quib. caus. pign. vel hypothec. tacit. §. 14. lit. I.*
- (10) *Argum. l. 18. ff. de re judicat.* vide Votum Referentis in *Gylmann. Symphorem. tom. 5. relat. 32. Struv. exerc. 44. num. 20.* ibique *Mylerus. Berger. in Elect. Forens. suppl. 2. pag. 655.*
- (11) Confert filia dotem, si est hæres, *l. 10. Cod. de Collation. l. 25. Cod. Famil. herciscund.* si vero non est hæres, quæ est sors filiarum in familiis illustribus, cum renunciant hæreditati pater-



- na, & quasi abdicantur, collationi dos soluta non subjacet, neque creditoribus ullum Jus est contra filiam.
- (12) Dotis petitio nullum habet privilegium in bonis parentis, adversus creditores, quia si bona aere alieno sunt onerata, iniquissimum foret creditores defraudare, ut filiabus lucrum accedat.
- (13) Fideicommissum fingendum vel praesumendum non est ex quacunque conventionione, l. 78. §. 3. ad *SCtum Trebellian.* vid. *Mev. part. 7. decis. 17.* *Lyncker. decis. 550.* Renunciationes filiarum bis auf einen ledigen Anfall / fideicommissum inferre tradunt nonnulli, quos allegatos vide in *Lauterbachii Colleg. Pract. ad SCtum Trebellian. §. 6.* Sed hoc ad dotem promissum in eventum male accommodaretur.
- (14) Quod enim promittitur personae incertae & nondum existenti, vim non potest habere contra eos, qui Jure certo nituntur, etiamsi postea fuerit filia nata, argum. l. 14. ff. de *Jure Codicill.*
- (15) *Lauterbach. Colleg. Pract. lib. 20. tit. 2. thes. 50. seq.* multo minus in feudis, *Horn. Jur. Feudal. cap. 21. thes. 3.* cum nulla sit neque tacita hypotheca in feudis absque Domini consensu, unde in actione tutelae & exemptione substantia honorum feudalium manet libera, fructus vero percipient Creditores pupilli.

## OBSERVATIO CVII.

*Remedii Restitutionis in integrum adversus Sententias Camerales abusus, & fines.*

**R**estitutionis in integrum remedium adversus Sententias Camerae Imperialis, in ordinatione fundatum, salutare quidem est, si instructum sit debitis requisitis, (I) dici tamen non potest, quam frequens  
ejus



ejus sit abusus, lege publica merito compescendus. (2) Hac observatione exponentur casus præcipui, in quibus remedium restitutionis in integrum adversus sententias locum invenire plane non potest. Idque ex qualitate non materiæ sive objecti litis, sed formæ processus & sententiæ.

*Primò*, contra interlocutorias simplices, per quas processus instruitur ad decisionem, frustra peteret aliquis restitutionem in integrum. (3)

*Secundò*, non habet locum tale remedium adversus sententiam, per quam Judex supremus declaravit Jurisdictionem suam non esse fundatam, cum remissione causæ ad Judicem priorem. (4) Id quod sæpius accidit in causis appellationum, quando superior Judex ex actis cognovit, vel ob defectum summæ ordinariæ, (5) vel per privilegium rite insinuatam & acceptatum, (6) vel propter anteriorem sententiam, quæ vires rei judicatæ acceperat, (7) appellationem non fuisse devolutam. (8) In hisce casibus remedio isto non poterit restitui causâ ad statum, qui fuerat tempore appellationis reproductæ. (9)

*Tertio*, contra sententiam Mandati cassatorii incongrue adhibebitur imploratio pro restitutione in integrum. (10) Tandem cessabit remedium adversus sententiam absolutoriam ab Instantia. (11) Cautos ergo oportet esse causarum patronos ne illotis quasi manibus remedium hoc periculo clientum & sum-  
tum



tuum arripiant, neque supremum Judicium negotiorum mole alias occupatissimum frustra fatigent atque flagitent.

(1) *Concept. Ordinat. Camer. part. 3. tit. 62. Decreta sive Scta generalia Anno 1669. 7. Jul. & 1671. 7. Jul.* Dominis Visitatoribus probata formalia tantum constringunt, & verbis pluribus declarant, quæ in *Ordinat. ipsa dict. tit.* dudum fuere constituta: Daß die Restitution nicht gefährlicher Weise / oder aus Ursachen so vormals in Gerichts-Handeln angezogen und deducirt wären / oder sonst aus neuen unrechtmäßigen unerheblichen Ursachen begehrt worden. Calumniosa est petitio, quæ fit litis protrahendæ gratia. Hoc innunt verba: gefährlicher Weise. *Non enim potest videri viri boni arbitrato litem defendere is, qui actorem frustrando efficiat, ne ad exitum controversia deducatur, l. ult. ff. de Procurator.*

(2) Rari sunt casus si pars victa sententiæ pareat absque mora: Dem alten Sprüchwort nach / sunt verba Visitatorum in *Memoriali Visitat. Anno 1572. §. 18.* Pflegen die condemnirten alle verzügliche Ausflucht zu suchen / ihre Widertheile auch nach erhaltenen Rechten abzumatten / welches auch bey diesem Kayserl. Consistorio zu viel mißbrauchet werden will. Plerique in restitutionis remedio subsidium quaerunt, si causa est justa, non repellendi temere, & absque examine actorum priorum sufficienti; (Vulgaria brocardica, de remedio Juris extraordinarii: & quod petens restitutionem, sententiam priorem approbet: *explosa dedimus in Commentat. Systemat. sect. II. §. VI.*) si frivola, ob calumniosam litis protractionem, merito puniendi litigantes cum Advocato & Procuratore, qui ad Jusjurandum sese offerre non erubuerunt. Lege publica si introduceretur summa à petente restitutionem in eventum pœnæ loco deponenda, hoc maxime conduceret ad repellendas litium protractiones. **Cum vero**



vero Legislatorum id sit negotium, non inutile foret interim ad præcindendas moras, si, quod fit aliquando, injungeretur decreto generali, ne implorationem illam liceret producere ad Acta, nisi prius extrajudicialiter exhibitam & per Decretum *judicialiter* remissam. Cum enim, quæ in Audientia agantur, Referentes causarum non sciant, nisi Acta completa ipsis extradantur, vel fortuito; fieri potest ut Processus restitutionis conquisitis studiose dilationibus, aliquot annorum tractum habeat, priusquam decidatur. Interim varii casus humani existere possunt, quibus executioni sententiæ inferatur mora. Prolata vero imploratione extrajudicialiter, mox congregari poterit Senatus & memoriâ Actorum priorum nondum plane abducta, an insit quidquam Causalibus ulteriore deductione dignum, cognoscere: Hoc casu, implorationem ad Acta dimittere, sin secus, rejiciendo postulationem invecuadam, moratoriis interpellationibus viam præcludere. Neque denegaretur cuiquam hocce modo beneficium Jure tributum. Nam & appellatio est beneficium Juris, quod tamen, si quod justissime est decisum ferre nolint litigantes, sapius denegatur, & petentes à limine repelluntur.

- (3) Tales interlocutiones nullum afferunt causæ principali præjudicium, sed officio Judicis mero processum ad litis finem dirigunt. Proinde restitutionis petitio non potest non esse frustratoria.
- (4) De sua Jurisdictione Judex rite cognoscit & pronunciat, Gail. *lib. 1. observat. 34.* Cum ergo dicit & declarat se Judicem non esse, fieri non potest, ut in via petitiæ restitutionis, alia sententia contradictoria competentem se esse pronunciet, repugnaret enim hoc naturæ hujus remedii. Cum moderamine tamen *in Num. (s.) seqq.* exposito.
- (5) Summa ordinaria Ordinat. post Recess. Imper. 1654. est 400. Imperialium. De cumulatione usurarum ad augendam hanc summam ordinariam dixi *in Commentat. Systemat. sect. 1. §. XII. pag. 167. & in auctar. VI.*



- (6) In privilegiis continetur etiam clausula cassatoria processuum appellationis decretorum. Frustranea decreta Judex facere non solet, quæ effectum sortitura non esse, prudenter potest prævidere.
- (7) Dicitur talis sententia in hæsiiva. Ergo si præcedens absque remedio appellationis interposito vim rei judicatæ accepit, non poterit posterior sententia per Judicem appellationis corrigi. Nullitatis remedium ab appellatione multum differt. Alia est ratio, si sententia Judicis vel decretum inferat gravamen perpetuum, h. e. in similibus casibus sæpe recurrens vel successivum: nam in istiusmodi causis qualitas sententiæ in hæsiivæ tanquam rei judicatæ non magis habet effectum non devolutionis, quam appellatio ipsa impeditur post decendum, vid. Lyncker. *de Gravam. Extrajudicial. cap. 3. part. 2. §. 54. & cap. 7. part. 2. §. 5. seqq.*
- (8) Non devolutoria dicitur sententia, per quam Judex pronunciat causam non à se, sed à Judice alio esse decidendam vel decisam, suum vero ea in causa non esse officium de meritis judicandi. Omnis Judex alias inferior à quo appellatio non est permessa, ob qualitatem privilegii dici potest supremus. Cum vero non devolutionis sint causæ variæ, non putarem excludi remedium restitutionis, nisi fundata sit non devolutoria sententia vel in ipsa negotii qualitate, v. gr. si aliquis obtinuerit fortuito processus in causa Matrimoniali, Ecclesiastica vere tali &c. ad quas Judicium Camerae constitutum non est. Vel in causis quæ moram non ferunt, *l. fin. ff. de appellat. recip. & tit. Cod. si de momentan. possess.* *Mev. part. 1. dec. 25. & part. 9. decis. 14.* Lyncker. *decis. 492. 563.* vel in privilegio Judicis à quo. In hæsiiva sententia de qua *Mynsing. centur. 1. observat. 16.* *Mev. part. 1. decis. 18.* Lyncker. *decis. 242.* potest esse apparenter talis, cum tamen re ipsa non sit. Hoc si voluerit appellans probare, audiendum esse in via restitutionis putarem, nam & à sententia declaratoria præcedentis quæ in rem judicatam transiit, recte appellatur, *Mev.*



*part. 1. decis. 109.* neque hic dicit Judex superior, Jurisdictionem suam non fundatam absolute, sed in hypothesei rei iudicatae. In facto autem error intervenisse potuit. Providus tamen erit Judex, ne absque examine causalium executionem sistat; appellantis enim est culpa, quod antea Juri suo non invigilaverit.

- (9) Reproductio enim fieri debet intra fatale. Perit fatale, si Judex contra Jurisdictionem suam pronunciaverit. Cauter ergo procedendum est, priusquam deveniatur ad sententiam non devolutoriam.
- (10) Mandato cassato per sententiam, ad eum statum res pervenit, ac si extitisset nunquam. Ergo contra naturam rei est, ut reviviscere possit per viam restitutionis. Sed opus foret Mandato novo, aliter instructo.
- (11) Contra sententiam absolutoriam ab instantia ideo non potest esse locus remedio restitutionis, quia Citatio appellati est extincta, hoc ipso vero fatalia non amplius sunt integra. Locum inveniet hæc ratio cum primis in casu contumaciae appellantis, quem paratum esse oportet. Cum tamen absolutoriae sententiae causa esse etiam possit ob defectum aliquem in requisitione actorum, *Recess. Imper. 1654. §. 63.* Culpam si purgare potuerit appellans, audiendus erit non minus quam contra desertoriam. Hoc est observandum, quod in hujusmodi implorationibus Juramento non sit opus, quia non petitur ex argumentis novis, sed ad purgandam culpam. Variæ autem possunt esse causæ, ob quas durum foret negligentiam aliquam in formalibus, vel ignorantiam, damno litis coercere. Alterum notandum: quod si adversus absolutoriam vel desertoriam petatur restitutio, multum intersit, qualem habeat speciem Justitiæ causa principalis. Facilius potest esse Judex in concedendo restitutionem, si Justitia pro petente in causa principali est valde apparens. Durior vero, si prævideat sententiam contra appellantem pronunciandam fore.



## OBSERVATIO CVIII.

*Jurisdictionis in Imperio Germanico Status. Speciatim de criminali, & querela nullitatis.*

**P**Otestas Juris dicendi & exequendi in causis five civilibus five criminalibus ex Jure patrio magis quam veteri est censenda. (1) Incognita res erat Romanis, imo & priscis Germanis, Jurisdictionem esse in patrimonio. Jam dudum vero hoc est certissimum, non de civili tantum, sed etiam de criminali. (2) Imperii Statibus vero competit Jure territorii proprio eminentiori modo. (3) In alieno territorio est regale variis nominibus appellatum, ex quibus maxime vulgare est *Centena*. (4) Inter potiores differentias Juris Germanici à Romano est etiam hæc, quod, cum Romani appellationes admiserint in causis criminalibus, (5) nostrâ Juris prudentia hæc via delinquentibus in Regionibus quibusdam sit præclusa, utilitatis publicæ causa. (6) In aliis permessa quidem, sed cum multa restrictione (7) in Imperialibus Judiciis per Leges Imperii non admissa. (8) Officiales Statuum Imperii, Jurisdictioni criminali præfecti, non administrant eam Jure proprio, sed dirigunt saltem processum ex præscripto superiorum. (9) Quemadmodum vero in territoriis Statuum Vasallus quicumque vel alius mediatus Jurisdictionem habens propriam, propterea non est



est independens, sed, si eo Jure abutatur contra ordinem Processus, correctioni subiacet Domini territorii; (10) ita, si ab ipso Domino in Processu criminali commissum aliquid fuerit ordinem Judicarium turbans, hominisque famam & vitam in periculum adducens, non præclusus est gravatis ad summa Imperii Tribunalia recursus (11) per viam querelæ immediatè proponendæ, & eo respectu fundata est Jurisdictio Judiciorum Imperii in causis criminalibus. (12) De casu fractæ Pacis publicæ nobis hic sermo non est, (13) sed de via Citationis ad videndum deduci principaliter nullitates. (14) Admiratio sæpius subit, qui fieri possit, ut homines alias non imprudentes, legum & æquitatis non imperiti, in tanto tamen negotio ita errare possint, ut querelæ nullitatis rei fiant. Equidem inficias ire nolim & experientia docemur, dari etiam Judices potestate territoriali adeo abutentes, ut in hominis corpus & vitam nimium sibi sumant arbitrii, & offensiones etiam leviores ad gravitatem delicti & poenæ trahant: Rara autem sunt ejus rei exempla apud eos, qui bene formatum habent regiminis consilium & collegium. Proinde circumspecte in istiusmodi querelis procedere solet Judicium Imperii, neque facinorosorum narrationibus & vociferationibus absque probatione evidenti credere. (15) Multum etiam interest, quale sit delictum, an non ejus nature, ut maturatione poenæ sit opus. (16) De veritate

Oo 3

crimi-



criminis nisi constiterit, reus si auditus non fuerit, hæc foret absque dubio nullitas maxima & totus processus vitiosus. (17) In aliis partibus processus inquisitorii, qui in Imperio Germanico loco accusatorii plerisque in locis est usitatus, & in ipsa Ordinatione criminali fundatus, non est in omnibus Regionibus eadem consuetudo, (18) neque etiam Lex Imperii, quam vocamus Ordinationem Criminalem Carolinam; Statuum Imperii veteres consuetudines tollere voluit, sed potius sunt expressis verbis relictae. (19) Probatis ergo vitiis processus substantialibus, corriguntur per sententiam, & quomodo sit procedendum legitime, Judex monetur. Causa ipsa criminalis tamen ad Judicium Imperiale non devolvitur. (20)

- (1) Inutiles & perniciosos esse JCTos qui de moderna Jurisdictionis forma ex Legibus Romanis censent & disputant, dicit Mevius *part. 4. decis. 290. num. 7.* adde Schilterum *in Prax. Jur. Roman. exercitat. VI. §. 1.* Nimirum salebrosus esse & difficillimum locum Juris Romani de Jurisdictione, plurimi agnovere, adeo ut ad veritatem ejus indagandam necesse foret ex inferis revocare JCTos veteres, vide Stephan. *lib. 1. cap. 1. num. 2.*

Differentiam Jurisdictionis & Magistratum veterum Romanorum à moribus Patriis *peculiari Dissertatione* ostendere inchoavit Christian. Thomasius *Anno 1703. edita*, in qua tamen filum abruptis mihi videtur. Hoc ostendit §. 33. & seqq. quod Germani veteres à Jure Naturæ & Gentium in materia Jurisdictionis non multum recesserint: Primarium scopum omnis Jurisdictionis esse coërcitionem criminum, vid. §. 52. eamque potissimam potestatis Judiciaræ facultatem successu  
tempo-



temporis, cum Principes sæpe pecunia indigerent, occasionem concedendæ Jurisdictionis in patrimonium datam fui esse non sine ratione colligit, August. Leyserus in *Meditat. ad Pandectas specim.* 29. §. 4.

(2) *Mev. part. 2. decis. 290.* Lauterbach. *tit. ff. de Jurisdic. §. 35. 38.* Schilter. *exercitat. VI. §. 8.*

(3) Lyncker. *Commentar. ad Pandect. tit. de Jurisdic. §. 38. seqq.* apud Romanos summæ potestati reservata erat Jurisdictio criminalis, nulli competens, nisi cui lege, SCto vel Principum constitutione esset tributa, *l. 1. ff. de eo cui mandata est Jurisdic. Hinc dicebatur esse Imperii meri, l. 3. ff. de Jurisdic.* quia scil. ad ultionem læsæ disciplinæ respiciebat, & ideo severitatem Judicis ac vim requirebat, & propterea erat vehementius & insignius, Gerhard. Nood. *de Jurisdic. & Imper. lib. 1. cap. 4.* Est enim longe major potestas coercendi criminalis & majus arbitrium, quam in Judicio causarum privatarum, in quibus officium Judicis versatur magis inter partes, ut æqualis sit Justitia, neque condonando aliquid uni, injuriam potest inferre alteri. Criminalis vero Jurisdictio territorii Jure competit Statibus Imperii cum ampliore arbitrio, quam in Judiciis privatis. *Licet ei, sunt verba Ulpian. l. 13. ff. de Pæn. qui extra ordinem de crimine cognoscit, quam vult sententiam ferre vel graviolem vel leviolem, ita tamen ut in utroque modo rationem non excedat.* Cum ergo civilis Jurisdictio appellationi magis subiaceat & correctioni à supremo Judice faciendæ, territorialis vero superioritas Statibus Imperii comperat Jure multo eminentiore, hinc in criminalibus per viam appellationis non agnoverunt superius Judicium quam proprium, vide L. Hugo *de Statu Region. German. cap. 3. §. 46. seqq.*

(4) Vide Lexicographos Werner. Besold. Speidel. voce **Cent.** Partem esse meri Imperii & eximiam quidem ostendit Schilterus *exercitat. VI. §. 8. & 11.*

(5) *L. 6. ff. de Appellation. Mev. part. 2. decis. 272. num. 1.* Schilter. **ter.**



- ter. *Praxi Jur. Roman. in append. ad exercitat. 49. §. 1. seqq.* Merito itaque notavit Deckherrus errorem gravissimum *Observationis vulgo Anti - Marillianæ XCIX. in princ.* Ex qua sola colligitur, Observationes istas fortuito esse collectas, & fortassis eundem auctorem non habere, certe hujus nonagesimæ nonæ non fuisse Assessorum Camerae. Excipiuntur hic, etiam Jure Romano, casus aliqui, *l. 16. §. fin. ff. de Appellat. Schilter. dicto loco §. 2.*
- (6) De Saxoniam vid. *Carpzov. lib. 1. constitut. 20. definit. 19. & lib. 3. respons. 128.* porro *Quæst. Criminal. 139.* & præcipue Schilterum *dicto loco num. præced. §. 4. 5. de Jure Württemberg. Lauterbach. ad tit. ff. de Appellation. §. 5.* & in Regionibus plerumque iis, ubi inquisitionis processus est receptus, Pluribus ex instituto hoc deduxit *Lyncker. volum. 1. resp. 55.*
- (7) *Lyncker. de Gravam. Extrajudicial. cap. 3. num. 12.* Id, quod in iis præcipue Regionibus locum habet, in quibus accusatorius processus adhuc est in usu. Per viam inquisitionis causæ criminales tractari solent ab Officialibus auctoritate territorii Domini.
- (8) *Ordinat. Camer. part. 2. tit. 28. §. 5. in Codice de Conceptis tit. 31. §. 14. Recess. Imper. Anno 1530. §. 96.* Adeo ut nequidem admittatur appellatio, si poena corporis afflictiva mutata fuerit in pecuniariam, *Mynsing. centur. 3. observat. 43. & centur. 4. observat. 4. Mev. part. 3. decis. 293. & part. 4. decis. 231.* neque etiam per viam Juramenti perhorrescentiæ, vid. *Lyncker. lib. 1. respons. 23. num. 24.*
- (9) *Lynckerus Dissertat. de mero Imper. §. 1. Schilterus exercitat. VI. §. 8. versu: Sane præfecti &c.* In Saxoniam, Collegia Regiminis instruunt Præfectos. Nobiles, quibus Jurisdictio patrimoniali Jure competit vel feudali, proprio tamen, consilio Jctorum mediante actorum transmissione, uti debent, *Schilter. Praxi Jur. Roman. exercitat. II. §. 5. ubi verba Ordinat. Criminal. §. CCXXII.* Wo ihnen Zweifel zusiele ic. de levioribus casibus explicat, *Christ. Thomafius in Dissertat.*



de occasione, conceptione ac intentione Constitutionis Criminalis Carolinæ §. 36. lit. C. Imperatorem Carolum V. putat operam dedisse, ut summa Juris incertitudo introduceretur, cum in singulis fere articulis decisio rerum dubiarum relicta fuerit arbitrio Collegiorum Juridicorum infinitis modis inter se dissentientium: Nobis aliter sentiendum est, cum Lex ista non Imperatoris consilio solo & auctoritate, sed omnium quoque Imperii Ordinum fuerit concinnata, vid. *Recess. Imper. Wormatiens. 1521. §.* Und nachdem bißhero grosse Unordnungen 2c. 17. & deinde publicata, vid. *Recess. Imper. Spirens. 1529. §.* Item, als die Kayserl. Regierung 2c. 32. & *Recess. Imper. Augustan. 1530. §.* Wiewohl der Halsz und Peinlichen Gerichts Ordnung halben 2c. 97. *Recess. Imper. Ratisbonens. 1532. Artic. IV.* Adde ipsius *Ordinat. Criminal. Pæfationem*, & Grassum Jctum Württembergicum in diligentissime elaboratis *Collationibus Jur. Roman. cum Recess. Imper. sect. XII. thesi 1. & 11.* Voluisse ergo Legislatorem absque omni studio vindictæ privata, vel etiam indulgentiæ erga criminosos, administrari Jurisdictionem Criminal. nihil etiam ex imperitia Juris committi, vid. *l. persiciendum est. 11. ff. de Pœnis.*

(10) Nullus omnium, qui superioritate territorii gaudent, hanc potestatem sibi eripi patitur. Neque concessa est unquam Jurisdictionis Criminalis, nisi salva potestate territoriali eminenti, ad quam licet non detur appellatio, permittitur tamen recursus ad avertendam iniquitatem, Lyncker. *de Gravam. Extrajudicial. cap. VI. §. 22. pag. 528.* Non ita sunt subjecti Domino Jurisdictionali subditi, ut non majori vinculo sint Domino territorii. Neque Vasallo tributum est arbitrium in Jurisdictione Criminali non limitatum.

(11) Nemo est nisi Legum Imperii ignarus, qui statuat potestatem Ordinum Imperii adeo independentem, ut postpositis Legibus, in corpora & vitam subjectorum omnia ipsis liceant. Vani sunt, quibus hæc sedent principia, vid. Lyncker. *lib. 1. resp. 55. n. 40.* Grassi *Dissert. de modo taxandi Jurisdiction. thesi 2.*



(12) *Dict. tit. 28. (31.) Ordinat. Camer.* ita ut etiam Mandata de legitime & ordinate procedendo decerni possint, vid. *Mev. part. 2. decis. 322.*

(13) *Ordinat. Camer. part. 2. tit. 9. (10.)*

(14) *Ordinat. Camer. part. 2. tit. 28. §. 5. (tit. 31. §. 14.)* verba Legis hic sunt tenenda: Item, nachdem auch dem alten hergebrachten Gebrauch im Heiligen Reich zuwider / daß in Peinlichen Sachen Appellation zugelassen werden solle: Ordnen und wollen Wir / daß hinfürter in Peinlichen Sachen / die Leib- & Straf auf ihnen tragen / am Kayserl. Cammer- & Gericht keine Appellation angenommen / sondern angeregtem Gebrauch nach gehalten werde: Doch da sich jemand an dem Cammer- & Gericht beklagen würde / daß in Peinlichen Sachen / auch Leib- & Straf belangend / sein unerfordert und unverhört / und also nichtiglich / oder sonst wider natürliche Vernunft und Billigkeit / wider ihn procedirt / gehandelt und geurtheilt / und derhalben principaliter auf die Nullität un Proceß ansuchen würde: So fern dann der Richter / deß Handlung sich die Parthey obberührter maßen beklagt / dem Cammer- & Gericht ohne Mittel unterworfen / soll alsdann der ansuchenden Partheyen solcher Nichtigkeit halben Ladung erkannt / und dar- auf Rechtliche Hülff mitgetheilt / und so sich in Ausfüh- rung der Sachen befünde / daß obberührter maßen nichtiglich gehandelt und geurtheilt / alsdann die Haupt- Sach wie- der an die ordentliche Obrigkeit förmlich und rechtmäßig- lich darinnen zu handeln / zu procediren / und zu urthei- len / remittirt werden. *Ad quem textum Commentarii loco esse potest Decisio Meviana part. 2. decis. 277. & seq. junct. decis. 322. adde Gail. lib. 1. observat. 1. versu: Decimo nono fallit. 27. Tennagel. de decernend. Process. class. 2. cap. 11. class. 4. cap. 9. 10. & hic notam Deckherri, Koch. ad Ordinat. Camer. part. 2. tit. 28. num. 96. seq. in Monument. Le- gion. antiq.*

(15) *Istius*



- (15) Istiusmodi homines, si negligentia custodum ex carcere evadunt Advocatorum probatorum auxilia plerumque non quaeruntur, sed causidicorum, qui ipsis spe lucri magna promittunt, vel periculum aliquod Praxeos Juridicæ ineundo, gloriolam affectant. Hinc gravamina non probata allegare, multa, ut species aliqua fiat, accumulare. Operam dare deberent hi lectioni *Dissertat. elegantissimæ* Casp. Ziegleri de *Artibus rabulariis*, non ad imitandum, sed ad cavendum ea cumprimis, in quæ etiam animi non mali homines juvenes facilis incidunt, *cap. 3. §. 3. & §. 13. cap. 4. usque 9. porro cap. 16. 17. 19. 20. 22.*
- (16) *L. 16. §. final. ff. de Appellat. Constitutiones*, ait Modestinus, *quæ de recipiendis Appellationibus loquuntur, ut nihil novi fiat, locum non habent in eorum persona, quos damnatos statim puniri publice interest; ut sunt insignes latrones vel seditionum concitatores vel duces factionum.* Nulla res magis Reipublicæ noxia est, quam seditio, qua populus sua sponte placatus, violentissima tempestate attollitur, Cicer. *Orat. pro Cluent. cap. 49.* Non delectu aut sapientia ducuntur ad judicandum sed impetu, & quadam etiam temeritate, idem *Orat. pro Planco & pro Roscio.* Omnibus istis moliminibus mox est occurrendum, ne serpat malum & medicina sit difficilior.
- (17) Exemplum notabile Sententiæ Cameralis refert Lyncker. de *Gravam. Extrajudicial. cap. 6. §. 23. pag. 531.* Alias vide in *Collectione nova Num. 632. 781. Ex Judiciis Imper. Aulici Conclusis sive Decretis* notabilia sunt quæ leguntur *Tom. 2. Num. 403. 413. 414. Tom. 3. Num. 435. 518.*
- (18) V. gr. in Actorum transmissione, qua non utuntur Collegia ad causas criminales constituta: in tempore & modo recipiendi Juramenta testium: in constituendo defensore ex officio, si reus factum fuerit confessus. Ubi tamen religiosus Judex, quæ ad defensionem facere possunt ullo modo, non negliget. Nunquam est abundans diligentia in examine circumstantiarum, neque reproba facilitas in admittenda defensione, non



prima solum sed etiam ulterioribus, vid. Lyncker. *de Gravam. Extrajudicial. dict. cap. 6. pag. 533.*

(19) *Dict. Recess. Imper. Ratisbonens. Anno 1532. Artic. 4. in fin.*  
Doch wollen wir durch obgemeldte Ordnung Churfürsten/  
Fürsten und Ständen an ihren alten wohlhergebrachten  
rechtmäßigen und billichen Gebräuchen nichts benom-  
men haben. vid. Grassum *in Collect. sect. XII. thes. 2. in fine.*  
& *thes. 4. in fine.*

(20) *Peculiaris erat Constitutio Regia ad Tribunale WisMariense  
pertinens de qua Mevius agit part. 2. decis. 275. ad Camerale  
Judicium non adplicanda.*

## OBSERVATIO CIX.

*Fœmina per masculum à successione semel  
exclusa perpetuo exclusa censetur: Axioma dicitur  
commune: Sed est vel plane inutile,  
vel vitiosum.*

**I**nutile dico, quod est instar lineæ quartæ ad con-  
struendum triangulum: Vitiosum vero, quod est  
simile lineæ curvæ ad planum rectilineum. Adeoque  
quæstio minime difficilis & perplexa, si recte formetur  
status controversiæ. Vereor enim ne omnis contentio  
abeat in logomachiam. Tres casus distinguendos esse  
monet Gailius *lib. 2. observat. 148.* *Unum* in materia  
Feudorum: *Alterum* Statuti: *Tertium* Renunciatio-  
nis. Videamus de singulis.

*Primò*, si quæstio est de Feudo proprio sive re-  
cto, inutilis est disputatio, quia fœminæ sunt exclusæ  
ex feudi natura cum omnibus qui ab iis descendunt,  
etiam



etiam masculis, Struv. *Jur. Feudal. cap. 9. aphorism. 8.* quia hi Jus in prima investitura radicatum, ut ajunt, non habent, sed extinctis masculis feudum revertitur ad Dominum. Non opus est hic laborare de sententia communi, nam qui dissentire videntur, vel de alio agunt casu, vel uti volunt lineâ quarta ad faciendum triangulum. Par est ratio statuti, (sive sit universale sive particulare familiæ perinde est,) legitime conditi, & usu contrario non aboliti, per quod fœminæ à successione in bonis, etiam non feudalibus, excluduntur. Ergo alius erit formandus controversiæ status de quo sententia communis intelligi possit, quam nihilominus dico esse vitiosam. Nimium de feudo cujus fœminæ sunt capaces, sive Consuetudine Curiæ Feudalis, sive ex Investitura prima, vid. Struv. *dict. cap. 9. aphorism. 8.* Utrumque casum Gailius à regula excipit & fœminas extinctis masculis non excludi statuit *dicto loco num. 4. versu: limita hunc primum casum.* Eandem sententiam tuetur Mynsingerus *centur. 5. observ. 74.*

Cur ergo Struvius *Jur. Feudal. in Exegesi aphorism. 8. num. 6.* inter dissentientes veteres nominaverit etiam Gailium, ego non perspicio. Explosa vero est jam dudum dissentientium opinio per Struv. *dicto loco n. 3.* quos ibidem allegat, quibus adde Horn. *Jur. Feudal. cap. 15. §. 9.* Stryck. *de Succession. ab intestat. dissertat. 1. cap. 3. §. 4. & dissertat. 8. cap. 10. §. 121.* Finckelthaus. *Disputat. Feud. 6. controvers. 17.* Nam



si excludenda esset fœmina in perpetuum, nullus unquam foret casus quo vi Investituræ vel Consuetudinis succedere posset, vid. Lynckerum ad Struv. in *Analect. dict. loc.* Turbat hanc rem, sicut plures alias, non expedit, Rosenthalius tædioso opinionum, allegationum, & præjudiciorum studio, *cap. 7. conclus. 44. (1)*

*Secundò*, de Statutis: Dixi supra, operam ludi quærendo sententiam communiorem, si fœmina à successione sit exclusa simpliciter, vide Gail. *num. 5.* Proinde cum possessore ultimo masculino fideicommissi Jus erit extinctum: libera possessori facultas inter vivos vel mortis causa disponendi, vide Coccej. *Consil. posthum. in causa 10. deduct. 1. num. 30. seq. & deduct. 2. num. 25.* etiamsi alienatio bonorum in ipso statuto fideicommissi fuerit interdicta, quia per pacta dominia non transferuntur neque impediuntur, Gail. *lib. 2. observat. 16. num. 5.* & plures allegati ab Harprechto *Tractat. Academ. 8vo de fideicommissis conventionali §. 66.* Dispositione autem non facta, succedent qui defuncto sunt proximiores ab intestato. (2)

Si vero non simpliciter sint exclusæ fœminæ, sed quousque extiterint masculi vocati, admittentur ad successionem illis deficientibus, juxta ordinem vocationis. Hæc est etiam doctrina Gailii *dicta Observatione num. 6. usque 10.* Qui ad hunc casum axioma commune applicare voluerit, difforme faceret planum per lineam curvam.

*Tertiò,*



*Tertio*, de Renunciationibus. Hic nullam puto esse difficultatem, quia renunciatio est stricti juris, non tantum ratione personarum, sed etiam objecti. Ergo per Gailii veram doctrinam excludi debet filia renuncians tamdiu, quousque superest persona, cujus intuitu facta est renunciatio. Non vero excludi iis deficientibus, neque ab hæreditate cui non renunciavit.

Ex dissensu vario Jctorum, licet per ea quæ dicta sunt inutili, cautiores factæ filiæ illustrium, in formulis renunciationum reservare scient futuros casus successionum expresse, & verbis nulli dubio prudenti obnoxiiis. In eo tamen malè instruuntur nonnunquam ab Advocatis, acsi reservatio quæcunque vim habeat fideicommissi, quem errorem pluribus perstrinxit Coccejus *suprà dict. deduct. 1. num. 34. § 41.* nec non *deduct. 2. num. 39. 52. 54.* Merckelbach. apud Klock. *consil. 3. num. 33.* Non ergo intelligendum est fideicommissum, nisi renunciatio in vim fideicommissi fuerit expresse facta. Hinc existente casu, filia vel ejus hæredes creditoribus defuncti non præferentur, *Mev. part. 5. decis. 375.* De dote filiarum pro numero hæredum & quantitate bonorum constituenda vide *Böhmer. Dissertat. de spuria filiar. legitima.* Frequentes, quæ existunt, controversias ex his principiis recte definiri existimo. Errores autem à recta via possunt esse infiniti, quos prudentia Judiciaria casu existente decidet.



(1) De feudis Ducatus Juliacentis & Montensis testis est luculentissimus Voez. *ad Orinat. Feud. observat. 6. 7. 15. 16.*

Notatu dignum testimonium Consiliariorum Düsseldorfien-  
 sium, quod Assessoribus Camerae fuit exhibitum, ad-  
 jun- gere hic non erit ingratum. Demnach inter Feudalis Ju-  
 ris Scriptores controvertirt wird / an in feudis promif-  
 cuis fœmina semel per masculum exclusa, semper, etiamsi  
 omnes hæredes masculi expost deficiant, maneat exclusa;  
 Und wir älteste Rätthe und Practici von 20. 30. und mehr  
 Jahren her sine mentione specialis casus & Personarum,  
 um ein Certificat, wie es in dahiesigen Landen / und  
 bey dahiesigen Dicasteriis super tali controversia gehalten  
 werde / angesucht worden. So bekennen und urkunden  
 hiermit vermittels unserer eigenhändigen Unterschriften  
 und beygedruckten gewöhnlichen Petschaften / ex cer-  
 ta scientia quam habemus ex quotidiana praxi & plurimis  
 præjudiciis, daß wann in feudis promiscuis die masculi  
 descendentes à primo acquirente deficiren / alsdann die per  
 masculos excludirt gewesene descendentes fœminini sexus in  
 solchen Lehen succediren / niemalsen außgeschlossen / und wann  
 es ad contradictorium gediechen / pro fœmineo sexu beständig  
 judicirt worden; Unter andern fallen uns eben bey die  
 Präjudicia in denen formosen ganzen Herrschafften / und die  
 importantische Güther betreffenden Sachen / daß in Sa-  
 chen Freyherrn von Bernsau contra Freyherrn von Wendt  
 zum Hartenberg: in Sachen Freyherrn von Merode con-  
 tra Freyherrn von Breyll und von Berken über die beyde  
 Herrschafften Hemmersbach und Syndorff: in Sachen  
 Fräulein von Uttenhofen contra Freyherrn von Hom-  
 pesch den Ritter: Sitz zu Cleo und übrige dazu gehörige  
 Lehnbare Güther: in Sachen von Quadt contra von Witt-  
 genstein: Homburg über das Lehen Brolhoff zu Waldniel  
 Amts Brügggen / und was dergleichen unzählich mehr / so  
 auch theils bey dem Procancellario Voez zu verlesen / und  
 gar



gar bey dem Kayserl. und Reichs-Cammer-Gericht be-  
stätiget worden sind. *Videantur ipsius Observationes Feuda-  
les 6. 7. 15. 16. & Sententiæ ibidem adjunctæ.* Düsseldorf  
den 18. Januarii 1723.

*Sequuntur Nomina plurima Consiliariorum Palatinorum  
Düsseldorffensium, quæ brevitatis causa hic omitto.*

In *Symphoremate Gylmanniano Tom. 2. part. 1. voto 21.* propo-  
nitur ex Seculi XVI. historia forensi investituræ feudalis casus  
talis: Zu rechtem Leibs- Erb- Lehen auf Söhn und Töch-  
ter / also da ich W. primus acquirens Söhne von mir che-  
lich gebohrne nach meinem Absterben hinterlassen würde /  
das solch Lehen auf dieselbigen / und nicht auf die Töchter  
fallen soll / da aber keine Söhne vorhanden seyn würden /  
alsdann soll es auf die Töchter erben / und für und für auf  
derselben Leibs- Erben bleiben / und allewege auf Söhn und  
Töchter angezeigter massen fallen; Wo sich aber begeben /  
das ich W. oder vorgemeldte meine Leibs- Lehen- Erben in  
abstrigender Linie ohne Leibs- Lehen- Erben Söhn und  
Töchter mit Todt abgehen würden / so soll alsdann das ob-  
gemeldte Schloß und Dorff an Ihro Gnaden oder dero  
Erben lediglich wieder fallen. Postquam filii successerant  
& exclusissent filias, illis tandem omnibus absque prole de-  
functis, lis fuisse dicitur inter Dominum & filias. His pro  
successione contendentibus: illo pro consolidatione, quia filia  
semel exclusa, excluderetur in perpetuum. Amplectitur au-  
ctor, quisquis fuerit, voti, sententiam contra filias, quæ tan-  
quam communis laudatur, & probata esset JCtis numero  
magno, cum nonnisi pauci tenerent contrariam, vid. num. 16.  
usque 26. Deinde ad rationes progreditur, quarum est potif-  
sima, quod verba investituræ continerent conditionem, *si mas-  
culi non existent.* Ergo deficiente conditione per vitam filio-  
rum, & delatam ipsis successionem, extincta esset omnis spes  
filiarum, & feudum rediisset ad Dominum. Aliam vero de-  
cisionem fore, si filia non esset exclusa simpliciter, sed

Q9

quous-



*quousque vel donec masculi vixerint. num. 30. vide Symphorum. Tom. 4. part. 1. vot. 7. num. 45. seqq.*

Sententia ista operose in dicto Voto XXI. deducta, num Senatus Camerali fuerit probata, & sit eadem causa quæ Tomo III. in Præjudiciis refertur, pag. 136. Haberi contra Eburn. Pfsalt Anno 1589. suo loco relinquimus. Posito fuisse, non crediderim eam facere præjudicium sive normam, in aliis casibus etiam per omnia similibus, sequendam. Miror tamen ego canonem vulgatum esse adplicatum in casu substrato. Ultima enim verba, *Wo sich aber begeben.* videbantur Domino directo valde obstare, neque hanc conditionem fuisse, ut ajunt, purificatam. vid. Hartman. Pistor. lib. 2. quest. 36.

Alius casus: Sempronius, qui inter alia bona adquisiverat etiam feuda aliqua promiscua, h. e. quorum erant capaces etiam filia, salva masculorum prerogativa, testamento filium heredem universalem instituit, excludendo filiam à bonis omnibus, cum conditione, ut solveretur ipsi summa pecuniæ determinata, quæ an adæquaverit portionem legitimam, nulla fuit controversia. Defuncto filio successore absque prole mascula, dubitatio erat de successione filia in feudo, quod ad se reversum esse contendebat Dominus. Testamentum paternum non obstare filia posteris putavimus, quia nulla erat præsumptio, quod voluerit pater primus acquirens feudum eo qui contigit casu, reverti ad Dominum. Imo de eo patrem non cogitasse potior erat conjectura, vid. Finckelthaus. *Disputat. feud. 6. controvers. 27.* Deinde exclusam esse filiam ab hereditate paterna intuitu filii, fraternam vero hereditatem relictam Juri ordinario, juxta Gail. lib. 1. observat. 148. num. 7.

Caterum quod de filiabus non excludendis dictum est hucusque, non aliter est intelligendum, quam si Status feudi & Investitura manserit in eodem Statu. Frustra enim postulabunt filia earumque posterii successorem, si feudum consensu Vasalli & sororum, quæ immediate post eum Jus succedendi habuit



habuissent, nec non Domini feudi, ad aliam familiam fuerit translatum, tunc enim descendentes à novo acquirente, masculi & fœminæ, pari Jure fruuntur quo tenuere feudum Vasalli priores, neque excludentur novi Vasalli filix per descendentes ex filiabus remotioribus prioris Vasalli familiæ.

- (2) Tritissima est inter JCtos quæstio de computando gradu proximioris. Hæc Anno 1713. resolvenda in thesi, publico nomine præscripta fuit verbis sequentibus: *An in fideicommissis familiæ gradus proximitas respectu testatoris vel disponentis, an vero respectu gravati vel proximi possessoris computanda sit, atque ita extinctis masculis filix vel fœminæ proximiores ultimo fideicommissi possessori, vel primo instituenti succedant, & quomodo præveniri possit fraudibus & litibus per occulta fideicommissa exortis, & an non ad certos gradus restringenda, item si alia dubia graviora circa fideicommissa occurrant?* Non puto agendum mihi esse quod actum est prolixè ab aliis. Satisfactum ergo quæsitis erit, si dictis hac Observatione, addam, quod probetur mihi sententia, quam cum plurimis aliis Knipschild. *de Fideicommiss. Famil. Nobil. cap. 9.* est amplexus. Ubi postquam à num. 76. statum quæstionis & multorum sententias recensuisset, tandem num. 83. seqq. concludit: potioris esse censendum in successione non eum qui primum conditorem fideicommissi proxime attingit, sed qui possessorem ultimum. Quæ regula etiam obtinet in feudis, Struv. *Jur. Feudal. cap. 9. aphorism. 2. num. 2.* adde Coccej. *di& deduct. 1. num. 24. seqq.* Deserendæ vero sunt intricatæ speculationes ad immemorialia tempora sese extendentes, unde infinita litium materia, quam abhorret Jurisprudencia forensis. Sequenda potius est sententia expeditissima, ad exemplum Africani JCTi in *l. 88. ff. ad Leg. Falcid.* vid. Schilter. *Analyt. pag. 107.* Diligentiam nimiam & miseram hominum, qui ad extremum usque mundi diem fideicommissa duratura condere, & providentiæ divinæ nescio quam legem



dare voluerunt, vidimus quandoque in Judicio, sed etiam defectu caruisse observavimus. Num ad gradus certos restringenda sint fideicommissa, non est quaestio Juris, sed voluntatis. Nobis placet sententia Knipschildii *dict. cap. 9. num. 99. præcipue num. 104.*

## OBSERVATIO CX.

*De Jurisdictione Officialium Leodiensis & Monasteriensis ab appellatione ad Coloniensem in causis civilibus libera.*

**A**ppellationes ab Officialibus Leodiensi & Monasteriensi ad Coloniensem Metropolitanum, ante Visitationem noviss. Camerae Imper. toleratae fuerunt usu magis quam ad Legum Imperii sensum. Est enim Colonienfis Officialis in causis Ecclesiasticis saltem superior, non vero in civilibus, licet ipse in Archiepiscopatu Colonienfi civilem quoque exercent Jurisdictionem. Post Recessum Visitat. cum Edicta Imperatoria Anno 1710. publicata fuissent, irrita habita fuit omnis ista appellatio, sæpius quidem tentata, sed cum damno & sumtuum & ipsius causæ sententia prioris Judicis Leodiensis vel Monasteriensis habita fuit pro re judicata. Præter ea, quæ in Dissertatione nostra sequente adducta fuere exempla, aliud commemorandum est in causa Abbatissæ Trans-aquas *des Closters Überwasser* in urbe Monasteriensi contra Pastorem Niesing in Alberslohe. Cum appellasset ad Cameram à sententia Officialis Colonienfis, repulsam tulit 17. Junii



Junii 1719. quia, si causa fuisset civilis, non erat fundata Jurisdictio Colonienfis tanquam superioris: Si Ecclesiastica, non pertinebat ad Cameram.

*Totam hanc materiam in edita Anno 1724. Dissertatione prolixius tractavimus. Eam Observationibus presentibus adjungere visum fuit. Supplementi loco addita jam est historica narratio de Jurisdictione Officialis Leodiensis ab erudito quodam Leodiensi fcto composita.*

DISSERTATIO  
De Jurisdictione Officialium  
in Causis Civilibus ;  
*Speciatim*

De Recursu ad Officiale Metropolitanum  
Coloniensem ab Officiali Leodiensi &  
Monasteriensi.

*Aphorismus I.*

**I**N unaquaque Republica Juris administrandi potestatem in negotiis Civilibus distinguendam esse sedulo ab ea, quæ versatur circa Ecclesiastica, perinde ut Imperium à Sacerdotio (a) vetustissima est opinio (b) quæ successu temporis per Sanctiones Juris Pontificii vim legis obtinuit. (c) Hinc omnis Jurisdictionis Ec-

Qq 3

clesia-



clesiasticæ, quatenus à Civili separatur, repetenda est origo. (d)

(a) Imperator Justinianus *Novell. 6. princip.* *Maxima inquit in hominibus sunt dona Dei à superna collata clementia, Sacerdotium & Imperium, & illud quidem Divinis ministrans, hoc autem humanis præsidens, ac diligentiam exhibens. Ex uno eodemque principio utraque procedentia humanam exornant vitam. Verum est, distinctissimas esse res, Imperium & Sacerdotium, earumque devitandam esse confusionem. Pari tamen sollicitudine cavendus est error ille vulgaris, quod Sacerdotium ad Civilia quoque negotia cum potestate cogendi extendatur. Ecclesia enim à Salvatore mundi ejusque Apostolis formata, Civili & Politica potestate induta non fuit, adeo ut juxta institutionem primævam Sacerdotio nihil sit rei cum coactione externa, & quicquid sapit dominium. Vel maximè, ait Gregor. Nazianzen. in Apolog. id Lex nostra & Legislatores noster sanxit, ut grex non coactè, sed spontè ac libenti animo pascatur, & Chrysostomus Homil. 3. in Acta Apostolor. Legibus ac mandatis omnia peraguntur, (scil. apud Principes) hic vero nihil tale. Neque enim licet ex auctoritate præcipere. Digna sunt verba præstantissimi J. C. Casp. Ziegleri ad Lancelot. lib. 3. tit. 1. §. 2. quæ huc transferantur: *Ecclesia quæ talis nullam habet Jurisdictionem, nullum Judicium, sed sicuti finis ejus totus spiritualis est, ita & potestas Ecclesiæ & Ministris ejus competens alia esse nequit, quam spiritualis. Accessit tamen ex Constitutione Ecclesiastica potestas alia, determinata ad disciplinam & bonum Ordinem in Ecclesia conservandum: Neutra tamen hæc Judicium requirit. Quæ vero instituta deinceps sunt Judicia, externa omnia sunt, non provenientia ex potestate Ecclesiastica, aut Ecclesiæ propria, sed ex potestate Politica, quæ scil. non simpliciter Ecclesiæ est necessaria, sed qua interdum carere potest, sicut olim, ubi Magistratus fuit idololatriæ, absque hac potestate fuit. Potestas igitur Jurisdictionis,**

et alias dicitur, quæ  
 solo concessa fuit, pr  
 Politicæ, annexan  
 volenter, quæ desit  
 in eandem sentent  
 & Imper. lib  
 in Observat. ibidem  
 tione sinistra quo  
 ab usurpatione P  
 erum, exorta opi  
 pacto, altas radice  
 in Episcopi Cordu  
 in imperium commi  
 Et quemadmodum q  
 contradicit Ordinat  
 in Ecclesiæ, ad Te  
 data, scriptum est, q  
 Neque igitur fa  
 tribusnamatum &  
 ra in aliorum Præ  
 nec non ad fi  
 regante Imperato  
 inquit Regum Leg  
 Republicæ admini  
 libris. Ejuemodi in  
 sua nullam scidisset S  
 de Deus, & homin  
 in seculi instituta est  
 tus, quæ & mer  
 interposit, & à ver  
 hæc si intelligant  
 erendi non debeat a  
 tueri, viderari possun  
 que jam Seculo T



*tionis, uti alias dicitur, quanta quidem Ecclesie ab ipso ejus capite Christo concessa fuit, prorsus diversa est à potestate Jurisdictionis Politicæ, annexam habentis potestatem cogendi externè & violenter, qua destituitur omninò Jurisdictio illa Ecclesiastica. In eandem sententiam differit Petrus de Marca Concord. Sacerdot. & Imper. lib. 2. cap. 16. num. 6. seqq. adde Böhmer. in Observat. ibidem ad lib. 2. cap. 1. observat. 1.*

- (b) Ab applicatione sinistra quorundam sive Scripturæ locorum, vel potius ab usurpatione Personarum in Officio Ecclesiastico constitutarum, exorta opinio, quæ à Seculo post Christum natum quarto, altas radices agere cœpit. Decantata sunt passim verba Episcopi Cordubensis Hosii ad Constantinum M. *Tibi Deus imperium commisit, nobis quæ sunt Ecclesie concredidit; Et quemadmodum qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit Ordinationi Divinæ, ita & Tu cave, ne quæ sunt Ecclesie, ad Te trahens, magno crimini obnoxius fias. Date, scriptum est, quæ sunt Cesaris Cesari, quæ sunt Dei Deo; Neque igitur fas est nobis, in terris imperium tenere, nec tu thymiamatum & Sacrorum potestatem habes, Imperator. Paria in aliorum Præfulum monitis ad Constantinum M. occurrunt, nec non ad sequentes Imperatores. Ita Seculo octavo regnante Imperatore Leone, Joannes Damascenus: Non est inquit Regum Leges Ecclesie ferre, ad Imperatores spectat Reipublice administratio, Ecclesie regimen ad Pastores & Doctores. Ejusmodi invasio latrocinium est, fratres! cum Samuelis pallium scidisset Saul, quid ei contigit? Regnum ejus abscidit Deus, & hominum mansuetissimo Davidi tradidit. Eliam Jesabel insectata est, sanguinemque ipsius linnerunt canes, & sues, quin & meretrices lotæ sunt in eo. Joannem Herodes interfecit, & à vermibus consumptus periit. Orat. 2da de Inag. Hæc si intelligantur moderatè, scil. quod potestas Civilis extendi non debeat ad ea, quæ ad Ministerium Ecclesie spectant, tolerari possunt. Si de potestate Ecclesiastica coactiva, quæ jam Seculo IV. cœpit agere radices, & successivè*
- inva.



invaluit, modestiores esse Patres oportebat. Verum ea erat tunc rerum facies, ut Imperatores à Gentilismo ad Christianismum perducti indulgentia sua Viros Ecclesiasticos, cum populo Christiano faventes sibi esse voluerint. Hinc laudatur Constantinus M. à Sozom. *Histor. Eccles. lib. 6. cap. 7. Erga Divinum Numen Eum adeò piè fuisse affectum, ut neque imperaret quidquam Sacerdotibus, neque omninò novare aliquid in Ecclesiasticis sustinuerit, si quod sibi deterius aut rectius visum fuisset; Has enim res examine & judicio suo præstantiores esse, ipsum existimasse, quamvis eximius fuerit Imperator, & ad res gerendas aptissimus.* Supposititiam verò esse Constantini M. Constitutionem de Episcopali Judicio ostendit Jacobus Gothofredus *Cod. Theodosian. tit. Extravag. post lib. 16. Schilter. de Libertate Eccles. German. lib. 1. cap. 6. §. 3.* Aliud plane erat Jus Ecclesiasticum Seculo II. & III. quam sequentibus, & hodierno tempore, vide erudite hoc explicantem Dn. Pfaffium Theologum Tübingensem *tractat. de Orig. Jur. Eccles. cap. 1. artic. 2. 3. cap. 2. artic. 1. 2. 3. & toto cap. 3.* Quarti Seculi statum graviter ita describit præclarus *Memorabilem Ecclesiasticorum Scriptor C. E. Weismannus, quod fuerit Ecclesiæ pacatæ & ornatæ, sed cum detrimento Pacis cum Deo, & pulchritudinis internæ, miscens mundum Ecclesiæ, & Regnum Seculi Imperio Spiritus, non Dei aut tranquillitatis à Deo concessæ vitio, sed hominum ignavia & aberratione à viis Domini spontanea, vid. Pfaff. dicta Dissertat. de Origine Jur. Eccles.*

- (c) *Tit. Decretal. de Officio Judic. Ordinar. adde Canon. cuncta. 9. quæst. 3.* Etsi enim Constitutio illa Bonifacii VIII. Pontificis Corpori Juris Canonici inserta, *Extravag. Commun. lib. 1. tit. 8. de majoritat. & obedient.* in qua de necessitate salutis credendum esse declaratur & pronuntiatur, quod omnis humana creatura subsit Romano Pontifici, quod uterque gladius spiritualis & materialis sit in potestate Ecclesia, sed is quidem pro Ecclesia, ille vero ab Ecclesia exercendus; Ille Sacerdo-



cerdotis, is manu Regum & militum, sed ad nutum & patientiam Sacerdotis: Quod spiritualis potestas terrenam potestatem instituire habet & judicare, si bona non fuerit, suprema vero spiritualis potestas à solo Deo, non ab homine possit judicari, adde *cap. solitæ. 6. X. de majoritat. & obedient. cap. per venerabilem. 13. X. qui filii sint legitimi.* Etsi, inquam, dicta Constitutio Pontificis conclusionibus admodum infirmis subnixæ, etiã à prudentibus Romanæ Ecclesiæ membris, cum primis qui Sedi Romanæ speciali obsequii Religione non sunt obstricti, insuper habeatur, vide Carol. de Mean. *ad Jus Leod. observat. 594. num. 33.* & ab ista credulitate liberati sint potentes: Modestiores etiã facti Ecclesiastici quam erant olim, cum similitudine à Sole & Luna accepta, docere non sint veriti, quod Laica potestas eminenter & virtualiter contineatur in Ecclesiastica, & sicut aurum superat plumbum, altitudine suæ quidditatis, seu essentiæ, & Sol Lunam, ita potestatem Ecclesiasticam superare Laicam, sua essentia & eminentia & eminenter continere eam, vide Petrum de Marca *lib. 11. cap. 1. num. 8.* & Schilter. *de Libertat. Eccles. German. lib. 3. cap. 5. §. 16. seqq.* ubi de Judiciis Imperatoris Romani in ipsum Pontificem exercitis, mansit tamen in hunc usque diem recepta doctrina de separata potestate & Jurisdictione negotiorum Civilium ab Ecclesiasticis. Duo sunt, inquit Lancellot. *Institut. Jur. Canon. lib. 3. tit. 1.* quibus principaliter orbis regitur: Auctoritas Sacra Pontificum, & Imperialis ac Regia potestas, unde sicut Civilium Legum non nisi Civilis esse debet executor, ita etiã Ecclesiasticarum Ecclesiasticus Judex est administrator. Non veritus est Seculo XII. Bernardus Clara-Vallensis Abbas, Eugenium Pontificem, antea discipulum suum, monere *in libris de Consideratione lib. 2. cap. 6.* qui prodire separatim Colonia Agrippinæ 1605. his verbis: *Nec enim tibi ille (Petrus scil.) dare, quod non habuit, potuit, quod habuit, hoc dedit, sollicitudinem, ut dixi, super Ecclesias. Numquid dominationem?*

Rr

audi



audi ipsum. Non dominantes in Clero (hoc est cœtu Christiano, vid. Petr. de Marca *Dissertat. de discrimine Clericor. & Laicor. cap. 1. §. 8.*) sed forma facti gregis. Et ne dictum sola humilitate putes, non etiam veritate, vox Domini est in Evangelio. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur: vos autem non sic. Planum est, Apostolis interdicitur dominatus: ergo tu, tibi usurpare audes, aut dominans Apostolorum, aut Apostolicus dominatum. Plane ab alterutro prohiberis. Si utrunque similiter habere velis, perdes utrumque. Bernardi ista monita simplicitati Monachali tunc condonata fuere, cum ipse aliis in locis Papam laudaverit & æquiparaverit Abeli, Noacho, Abrahamo, Melchisedeço, Aaroni, Mosi, Samueli, Petro, & omnibus Apostolis, imo ipsi Christo, vide lib. 1. de *Considerat. cap. 9.* ibi: *Indagamus adhuc diligentius, quis sis &c. conf. Weifmanni Memorabil. Eccles. ad Seculum XII. §. 3.*

- (d) Non potest origo & progressus Ecclesiasticæ Jurisdictionis, prout hodie sese habet, explicari profundius, quam factum est à Casparo Zieglero in *Dissertat. de Jurisdic. & Judicio Episcop.* quæ est inserta ejusdem tractatui de *Episcopis lib. 3. cap. 30.* ad quem Lectorem remittimus: adde Maltricht. *Histor. Jur. Eccles. §. 27. num. 258. seqq.*

## Aphorismus II.

Ista vero separatio, quantascunque egerit in animis plurimorum hominum Christianorum radices, (e) non defuere tamen Viri præstantissimi, qui eandem non solum non necessariam, neque firmis suffultam esse fundamentis, sed etiam plane difformem, & Republicæ noxiam, argumentis inconcussis demonstrarunt, adeo, ut inter Augustanæ Confessioni addictos sen-



sententia ista hodie penitus sit explosa. (f) Verum hæc pluribus persequi, non est jam consilium nostrum.

(e) Adeo, ut etiam in ipsius Carpzovii Saxonici Jcti *Jurisprudent. Consistor.* doctrinæ istius vestigia compareant, ab Authore incaute satis adhibita, quem deinde alii ceu Magistrum respexere. Celeberrimus Thomasius ita ait: Opus Carpzovii Jurisprudentiæ Ecclesiasticæ hodiernum ut Libellum Symbolicum Articulis Fidei continentem exscribere solent leguleji & rabulæ, & tantum non adorant. *Histor. Contention. inter Sacerdot. & Imper. Appendic. pag. 644.*

(f) Scilicet Ecclesiam non esse Statum & Rempublicam separatam, sed esse in Republica, argumentis invictis probavit Puffendorf. in *tractat. de Habitu Religion. Christian. ad Statum Civilem.* adde Ziegler. ad Lancellot. *lib. 3. tit. 1. §. 2.* inprimis Böhmer. in *Observat. ad Petr. de Marca lib. 1. cap. 1. observat. 1.* Huc pertinent quoque Scripta *de Jure Principum circa Sacra*, Thomasio auctore edita, & per Dr. Brenneisenium jam Cancellarium Ostfriscum strenue defensa: adde Henniges. *de summa Imperii potestate circa Sacra cap. 6.*

### Aphorismus III.

In præsentî Dissertatione supponitur distinctio illa Jurisdictionis Ecclesiasticæ & Civilis tanquam recepta, prout revera est omnibus in terris, quæ Romanis Sacris utuntur. Tanto magis rationi conveniens esse dixeris, ut, posita ista potestatis coactivæ separatione, Jurisdictionis cujusvis observarentur termini, hoc est, ne quisquam, cui ex qualitate sola ordinis seu dignitatis Ecclesiastica competit Jurisdictio, suam etiam faciat messem in Civilibus, cum primis extra cu-



jusvis Territorii fines. Foret enim inæqualitas magna, si, quod potestati Civili negatur in Ecclesiasticis, non caveretur vice versa respectu potestatis Ecclesiasticæ in negotiis Civilibus. Confusio etiam foret in Republica maximopere cavenda, si, quod potestati Civili, quæ tali, negatur in Territorio alieno, idem tamen occupare liceret in qualitate Ecclesiastica, vid. Frider. Mindan. *de Processibus lib. 1. cap. 11. §. 2. num. 7. seqq. & num. 21.* Nulla datur Jurisdictio Civilis, quæ competat Ecclesiasticis personis qua talibus. Hoc qui adstruere tentat, eum in principia omnis Jurisprudentiæ publicæ impingere credimus. Omnis Jurisdictionis Civilis fontem statuimus esse potestatem summam Civilem in Republica. In Imperio nullus est Principum, etiam Ecclesiastici ordinis, qui ab Imperatoribus & Conventionibus Imperii publicis non habeat Jura Territorii; ergo & Jurisdictionem in Civilibus. Ergo & Officialis Leodiensis tanquam Vicarii Episcopi Jurisdictio in Civilibus est ab Imperatore & Lege Imperii, eamque exercet Officialis in qualitate Judicis Civilis, non verò Ecclesiastici. vid. *infra lit. (k)*

#### Aphorismus IV.

Quemadmodum autem in iis Regionibus, quarum Dominus est persona Civilis vel Secularis sive Laica (liceat hic uti voce barbara,) (g) cautela istam observari plerumque videmus, cum primis in Imperio Romano



Romano-Germanico; (h) Ita in aliis, quæ Dominum habent ordinis Ecclesiastici, cujus in persona concurrunt & Civilia territorii Jura & Ecclesiastica, id quod in Imperio antiquo more obtinuit (i) caveri vix potuit, ne Jurisdictionis utriusque oriretur aliqua confusio, quæ existit tanto major, quo minus solliciti sunt Domini, num etiam appellando Judicem superiorem, extra territorium proprium, imo extra fines Imperii decisio controversiæ contra Leges deducatur. (k)

(g) Discrimen nimium Clericorum & Laicorum, ac si illi præcipue de sorte Domini essent, vel Dominus ipsorum fors ut ait Hieronymus *Epistol. ad Nepotian.* his vero reliquiæ saltem destinata, admodum maturè in Ecclesia cœpit. Cum potius omnis Christianus non alia ratione talis esse possit, quam si in spiritu & veritate Deo serviat, 1. *Petr. 1. vers. 13. 16.* Rectius Petr. de Marca distinguit inter κληρικον hoc est sortem *Ministerii*, quæ solos respicit Clericos, & sortem *Sanctificationis*, quæ pertinet ad omnes Christianos, *Dissertat. de discrimine Clericor. & Laicor. cap. 1. §. 7. 8.* Multi Presbyteri pereunt & Laici beatissimi reperiuntur, ait Origines in Hieronymum *Homil. 7.* Interim ex distinctione illa male intellecta crevit Clerici potestas supra limites legitimos à Christo Domino præscriptos, unde emerfit potestas coactiva, primum Aristocratica, deinde Monarchica, imminutaque sunt Christiani cœtus Jura. Et Ecclesia, quæ dicitur representativè, absorpsit Ecclesiam ipsam.

(h) Nulla enim sunt in toto Imperio Romano-Germanico exempla, in terris quæ Imperio mere Civili reguntur, ubi Ecclesiasticis personis in negotiis Civilibus, sive, ut ita loquar, Secularibus, potestas judicandi controversias, sit concessa.



- (i) Seculo X. indulgentia Ottonis I. Imperatoris, vide Hermann. Conring. *Dissertat. de Urbibus Germaniæ* §. 107. seqq. & de *Judiciis* §. 71. Magerus de *Advocat. armat. cap. 7. num. 299. seqq.*
- (k) Jurisdictio Episcoporum Civilis, non minus ac Principum Secularium, ab Imperatore, non vero ab ulla superiore Ecclesiastica potestate dependet. Injuria ergo fit Imperatori & Imperio, si patiatur Episcopus transferri potestatem judiciariam ad aliquem superiorem Ecclesiasticum Judicem, cum ista potestas non sit Ecclesiastica, sed Civilis; non Ecclesia, sed Territorii, vide locum Mindani supra *Aphorism. III. allegatum*: adde Henniges. de *summa Imperatoris potestate tom. 1. cap. 3. §. 1. De Leodiensis Principis Episcopi Jurisdictione Imperatoris beneficio acquisita, speciatim videndus Meantota Observat. 594. ad Jus Leodiense.*

### Aphorismus V.

Adsumfere in Germania Archi-Episcopi & Episcopi in partes curarum Vicarios, quorum alii ea administrant, quæ sunt ordinis, sive reservata Episcopalia, & vocantur speciali nomine *Vicariorum*, alii ea obeunt, quæ sunt Jurisdictionis Ecclesiasticæ contentiosæ, & appellantur *Officiales*. (l) Non est dubium ista Vicariorum officia cum potestate ista insigniori, qualis nunc est Episcoporum, (intellectos volo etiam Archi-Præsules) esse nata, successu temporis ita stabilita, ut quæ vi nominis erat Jurisdictio delegata, hodie sit ordinaria, (m) verissimum est etiam, antiquissimo tempore, priusquam ex multitudine & varietate Legum aucta essent litigia & processus judiciarii ambages,



bages, (n) Officiales Episcoporum administrasse Vice-Episcopi Jurisdictionem, non solum in causis Ecclesiasticis, sed etiam Civilibus, non auctoritate judiciali coactiva, sed tanquam à partibus electi Arbitri. (o) Adeo ut Collegia Jctorum, quæ ad Jus reddendum constituta esse videmus hodie in Episcopatibus, recentiore habere originem, quam est Officialium, existimaverim. (p) Multitudo accrescens quotidie & hominum & litium, jurisque varii difficultas, numerusque infinitus eorum, qui esse Jurisperiti, & postulando victum quærere volunt, (q) causam dedit postea, ut Collegia alia instituerentur pro Jure administrando in causis Civilibus. Qua in re diversitas observatur talis:

- (l) Triplici modo distinguit Vicarios Desselius *Institut. Jur. Canon. tit. de Officio Vicarii quæst. 2. seqq.* alios esse Suffraganeos, alios Officiales, alios Vicarios in Spiritualibus. Officiales præesse Jurisdictioni contentiosæ, quos oportet esse Academico more in Doctorem promotos, vel ad Licentiam, vel quantum fieri possit, idoneos, vid. *Concil. Tridentin. session. 24. cap. 16. de Reformat.* & ibi Barbosam in *Remissionibus*, ubi ait: *Si non fuerit Doctor, potest Capitulum dare ei Consultorem; alioqui poterit ipse Vicarius eligere Consultorem sibi bene visum, partibus non suspectum, in casibus in quibus eo opus erit.* Possunt etiam esse Officiales plures in diversis Diœceseos Episcopalis partibus, vid. *Espen. Jur. Ecclesiast. part. 1. tit. 12. cap. 4. §. 6.*
- (m) Si Jus commune spectemus, Officialis, tametsi Cathedralis, Jurisdictionem habet duntaxat vicariam ad arbitrium Episcopi revocabilem. Posteaquam verò Episcopi non amplius ipsi



ipsi quæ sunt contentiosa Jurisdictionis, exercuere, Officiales sunt veri & ordinarii Ministri Jurisdictionis Episcopalis. Neque dicuntur Officiales Episcopi, sed Episcopatus, Espen. *Jur. Ecclesiast. part. 1. tit. 12. cap. 4. §. 9. 10.* ubi laudat Carolum Fevretum tractat. de Abusu. adde eundem Espen. *Jur. Ecclesiast. part. 3. tit. 5. cap. 2. §. 7.*

- (n) Cum primis post introductum in Imperio Romano Germanico Jus Pontificium, sive Canonicum, cujus auctoritatem in Judiciis Germaniæ asseruit Thomasius Cautel. *Jurisprud. Ecclesiast. cap. 22.*
- (o) Prolixe & ab origine hoc ostendit Espen. *Jur. Ecclesiast. part. 3. tit. 1. cap. 1. quem evoluisse non poenitebit. Illustrabunt §. 43. seqq. relata à Thomasio Histor. Contentionis inter Sacerdot. & Imper. cap. 9. §. 115.* Ex natura sententiæ ab arbitro lata sequebatur, quod Appellatio excluderetur, vid. l. 7. & l. fin. *Cod. de Episcopali Audientia.* In causis Ecclesiasticis verò, ubi Episcopus erat Judex Ordinarius, Appellationi locus erat ad Imperatorem, vid. Schilter. *de Libertate Ecclesiast. German. lib. 1. cap. 6. §. 4.*
- (p) Loquor de Episcopatibus, non de Territoriis Principum Secularium. Quousque enim in illis per modum arbitrii causæ Civiles deciderentur, & quæcunque negotia ad Ecclesiasticum Forum pertrahi possent facili negotio, non opus erat Constitutione peculiarium Collegiorum, sive Curiarum, Juris administrandi gratia. Aliud omninò dicendum in Provinciis, ubi Ecclesiasticorum Jurisdictio in suis limitibus Imperio Civili fuit cohibita. De Leodiensi Episcopatu, cujus initium ab Episcopis Trudonopolitanis (Tongre) repetitur, certum est, Scabinorum Collegiorum esse instituti antiquissimi Sti. Huberti Fundatoris Urbis. Seculo VIII. vid. omnino Monfr. de Louvrex dans le *Recueil des Edits Reglements, Privileges, Concordats, & Traittes du Païs de Liege part. 1. cap. 2. §. 16. seqq.* Consilii vero Ordinarii Fundator fuit Princeps Leodiensis Gerhardus de Marka Anno 1521. Mean. *dict. observ. 594. num. 27.*

(q) Fuit



(9) Fuit autem Seculo XIII. XIV. & XV. adhuc rara inter homines non Clericos Jurisprudencia, imo & aliorum Studiorum disciplina. Hinc inter causas incrementorum Jurisdictionis Ecclesiasticæ in negotiis Civilibus merito refertur ignorantia Juris inter Laicos ab Espenio *Jur. Ecclesiast. part. 3. tit. 7. §. 6. & 10.* ubi ait: Judiciorum Ecclesiasticorum simplicem & planam formam per decem Secula inconcussam, exulante toto illo tempore strepitu forensi, mansisse, postea vero in Tribunalia Ecclesiastica formalitates & tricas forenses irrepsisse, & multiplicatas fuisse, solos pene Clericos tunc temporis Studio Juris operam dedisse, adeo, ut Vir literatus & doctus non diceretur, nisi qui esset Clericus. Verum quod Espen. §. 11. 12. collapsam Judiciorum simplicitatem Juri Civili Justiniano adscribit, cujus disciplina Seculo XI. in Italia cœperit florere, ita ut jungeretur à Clericis Juri Canonico, ea in re fallitur Espenius, cum potius Canonico Juri infinita tricæ debeantur, & poterant Clerici ab omni affectatione disceptationum forensium abstinere, juxta monitum *L. 41. Cod. de Episcopis & Clericis.* ubi absurdum esse dicitur Clericis & opprobriosum, si eam ostendere velint peritiam. Ipse Espenius *tit. præced. §. cap. 1. §. 29.* Officialium multiplicationi adscripserat non tantum litium multitudinem, sed etiam litigandi formam, & lites, ut loquitur, aternizandi. Huc pertinet omnino causas orantium numerus infinitus, de qua re Nicol. Vernulæi Lovaniensis verba ex *Orat. de litibus.* refert Espen. *part. 3. tit. 6. cap. 2. §. 24. seqq.*

XXIV. Olim quidem certus erat Advocatorum numerus, qui excedi non poterat. *L. 8. & 11. Cod. de Advocatis diversor. Judicior.* At moribus nostris, sine numero omnes, qui licentia dumtaxat gradum adepti sunt, ad officium Advocatorum recipiuntur.

XXV. Ex hac Advocatorum turba fit, ut non tantum omnes passim indifferenter causa quantumvis injusta patronos reperiant; sed etiam lites in longum extrahantur, & sine fine multiplicentur, quemadmodum eruditè & elegantè exposuit Nicolaus Vernulæus in hac Academia quondam Historiographus



riographus Regius & publicus Eloquentia Professor in Dissertatione de litibus Oratione 5.

XXVI. Cum enim in hac Dissertatione Oratione prima ostendisset, inter maxima terrarum orbis mala lites esse, atque tribus sequentibus tria attulisset remedia litibus tollendis aut saltem moderandis opportuna, tandem hac quinta Oratione, remedium suggerens ait: Optandum fortassis esset, ut causarum patronis hodie Respublica careret. Etenim (inquit) ubi causidicorum turba strepit, ibi litium incendiis tota civitas ardet, nec ulla propemodum à contentione domus vacare potest. Illi ut vivant, lites serunt ac fovent, & cum lucri sint mancipia, id unum illis est votum, replere sua marsupia.

Post hac scribit: Zamoreus vidisse se populosissimas in Germania Civitates, ait, in quibus nulla lites essent, atque idcirco, quod nulli in iis essent Advocati; existimatque Vir prudentissimus, minus Reipublica perniciosum fore, si quidam injuste ob Advocatorum & defensionis inopiam opprimuntur, quam si infinitis litium contentionibus reliqui omnes Cives atque adeo tota Respublica concutiatur primum, deinde miserrime subvertatur.

Denique refert, quomodo nonnulli Reges ac Principes ad suas ditiones causidicos admittere noluerint, aut introductos expulerint, ne per illos litibus omnia implerentur; recitatque dictum Columellæ: Sine causidicis felices olim fuere, futuræque sunt Urbes.

XXVII. Caterum advertens, quod hoc remedium nimis acerbum videri fortasse posset; quoniam etiam laudabile & honorificum est Advocatorum officium, qui gloriose vocis confisi munimine, in laborantium spem, vitam & posteros defendunt, ut loquuntur Imperatores in L. 14. Cod. de Advocatis diversor. Judicior. hoc saltem expetit, ut sint Advocati, sed pauci, excellenti ingenio, multiplici doctrina, fide opulenti, non avari, non fraudulentum: qui in consilio dando sint cauti, in patrocinio suscepto fideles, in iudicio procurando justii. Atque hoc (ait) Sapientum omnium est consilium, qui numerum illum pene innumerum Pragmaticorum rigidæ iudiciorum sinceritati vehementer infestum arbitrantur. Animadvertunt nimirum plures hodiè causidicos esse, quam causas, qui ut vivant, id unum agunt, ut copiosus litium sit proventus, & ut ex una lite lis alia semper exoriatur.

### Aphorismus VI.

In plerisque Episcopatibus (comprehendo, ut supra memini, Archi-Episcopatus) Vicarii sive Officiales ab omni potestate juris dicendi in causis civilibus



libus sunt exclusi, sola Ecclesiastica Jurisdictione iis relicta, & superioribus Judicibus Ecclesiasticis gradatim, usque ad Pontificis summi Oraculum subordinata. De cuius Jurisdictionis competentia nullus hic est sermo. (r) Alibi Officialibus relictae sunt aliquae partes judicandi, etiam in causis civilibus, sed ita, ut ab iis ad Collegium Regiminis Politici Appellatio sit reservata. (s) Paucis in Provinciis Officialis tanquam supremus Provinciae Judex juris dicendi potestatem exercet in omnibus causis civilibus, ubi in personam est actio; (t) Concurrenter tamen cum Collegio supremo Politico, ita ut praeveniendo Judicem hunc illumve, alterius cesset Jurisdictio. (u) Exempla hujus potestatis Officialium sunt in Imperio potissimum tria: In Archi-Episcopatu Colonienfi, tum vero in Leodiensi & Monasteriensi Episcopatibus. (x)

(r) Est enim fundata Jure Canonico. In causis tamen, quae mixti Fori dicuntur, Ecclesiasticam Jurisdictionem laxè nimium extenderunt Canonum Interpretes, ita ut praeventioni locum esse doceant. Qua de re Zieglerus tractat. de *Episcopis* lib. 3. cap. 39. §. 110. ita ait:

Porro magna etiam Judiciis Episcopalibus accesserunt incrementa ex eo, quod causas aliquas mixti Fori esse statuerint, h. e. tales, quae tum in Civili & Seculari, tum in Ecclesiastico Foro ventilari queant, quodque eas numero auxerint saepe, & latius earum sphaeram extenderint, quam natura causarum Ecclesiasticarum admittit. Namque & in his praeventioni locum esse volunt; quae vero qua ratione in criminibus atrocibus, ut est sodomia, adulterium, &c. (quae & ipsa inter causas mixtas referri solent, ut videre licet apud Sigism. Scacciam de Judic. lib. 1. cap. 12. num. 15. seq.) excusari commode queat eo casu, quo Judex Ecclesiasticus de illis cognitionem occupaverit, haud apparet. Poena sane corporali necesse est ut crimina ista expiantur, sed



quæ decerni haud potest in Judicio Ecclesiastico. Sic & inter civiles causas mixti Fori esse dicuntur omnes illæ, quæ inter personas miserabiles, quales sunt Pupilli, Vidua, Pauperes, &c. agitantur. Actiones enim harum personarum in Episcopali Judicio adversus Laicos quoscunque intentari posse statuunt. Plane ad amulationem Juris Imperatorii, L. unic. Cod. quando Imperator inter Pupill. Nec vero apta satùdari poterit ratio, propter quam causa dotales ad Judicium Ecclesiasticum trahi debeant, præsertim si seorsim de illis, nulla propter Matrimonium intentata lite, disceptandum fuerit, quod ita constituit Innocentius III. lib. 3. Epistol. 148. Per hanc igitur mixti Fori constitutionem ampliata admodum fuit Jurisdictione Episcoporum.

- (s) Hujus rei exemplum est in Archi-Episcopatu Trevirensi, vide Catalog. Privileg. de non appellando pag. 123. juncta Ordination. Judicior. Trevirens. ibid. in Appendic. pag. 9. Agnovit differentiam Jurisdictionis Officialium obstare principiis suis Cardinalis Sacripante in defensione sua cap. 8. num. 44. seqq. Sed argumenti vis non eliditur per diversitatem styli Curia. Si enim ex qualitate Judicis Ecclesiastici, puta Officialis Leodiensis (qui tamen in causis civilibus tanquam Ecclesiasticus considerari non debet, sed tanquam Vicarius Episcopi, qui duplicem habet qualitatem) Appellatio locum habet ad superiorem Ecclesiasticum in ordine majorem, gradatim.
- (t) Ad personales saltem actiones restricta est Jurisdictione Officialium, exclusis realibus omnibus. Rationem puto esse, quod reales magis ad Territorii Jura, quæ proinde spiritualem qualitatem induere non possent, pertinere existimatum fuerit. In personalibus vero facilius id procederet. De Praxi Leodiensis Patriæ testem adduco Clarissimum apud Leodienses Jctum M. G. de Louvrex in Opere cui titulus: *Recueil des Edits, Reglements, Privileges, Concordats & Traittes du Pais de Liege Comte de Looz part. 1. cap. 3. §. 6.* ubi etiam refert Concordata inter Carolum V. Imperatorem & Episcopum Principem Leodiensem circa exercitium Jurisdictionis Ecclesiasticæ in Brabantia Anno 1541. inita, & in Notis num. 15. pag. 122. ita ait:

Sequenti



Sequenti distinctione in Patria Leodiensi utimur: Actiones reales, etiam inter Clericos, ad iudicium Sacularis & Territorialis Forum spectare non dubitamus, in iis vero, quae merè personales sunt, Forum Rei sequimur, nisi tales sint quae ratione materiae ad Forum Ecclesiasticum spectent. Unde si adversus Ecclesiasticum actio merè personalis instituenda sit, etiam ratione bonorum Patrimonialium, iudicium Ecclesiasticum adeundum censemus: sin autem adversus Secularem, Secularium Forum sequimur, sub quo tamen nomine etiam Officialem Leodiensem comprehendimus, utpote, qui respectu actionum personalium, Jurisdictionem etiam Secularem exercet, & cum ceteris iudiciis Laicis concurrentem.

De actionibus autem preparatoriis, etsi personalium naturam sapiant, idem iudicandum censent Tribunalia Secularia Leodiensia ac de ipsis actionibus, ad quas preparatoria sunt, hacque ratione improbandam esse praxin quam introducere nonnulli tentarunt, qui dum Saisiniam à Creditore anteriore in bonis communis Debitoris obtentam luere vellent, adversus hunc actionem preparatoriam ad exhibendum coram Officiali intentabant, ubi deinceps & de iudiciorum validitate aut anterioritate, & de summis ad praestandam luitionem refundendis disceptandum esse pretendebatur, reservata iudici Seculari solius investitura redditione.

Quam praxin omnino reprobendam vel exinde convincitur, quod iudex causa preparatae sit etiam iudex causa preparantis: juxta text. in L. ordinarii. Cod. de rei vindicat. Gratian. disceptat. forens. cap. 85. num. 6. quodque causa continentiam dividi non debere, nemo nesciat. L. nulli. 10. cod. de iudice. Marta de Jurisdic. lib. 2. cap. 8. num. 14. & 15.

- (u) Neque enim aliter fundatur Jurisdictio Officialis, quam ubi ab Actore fuerit aditus & Citatio Reo insinuata. Si queras, undenam acciderit, quod tanta sit multitudo litigantium, qui mallent coram iudicio Officiali, quam civili causas suas decidi? Variæ possent adduci causæ, sed sufficet hæc, quod antiqua ex opinione imaginentur sibi iustitiæ administrationem celeriolem, simpliciolem & ab omni partium studio vacuam in iudicio Ecclesiastico, quam in civili, neque Advocatorum industria deest, qui hoc clientibus inculcent. Facit huc locus apud Böhmer. *Jur. Eccles. tit. Decretal. de Offic. Vicar. §. 33.* ubi argumentum Canonistarum refellit quo utuntur pro auctoritate iudicium Ecclesiastici ordinis ex doctrina



Apostoli *1. Corinth. 2. vers. 14.* Spiritualis homo judicat omnia, ipse verò à nemine judicatur.

- (x) Ex his Colonienfis dicitur Archi-Episcopatus & Metropolitanus, cujus reliqui sunt suffraganei. Originem Episcoporum Metropolitanorum præclare exponit Caspar. Zieglerus *tractat. de Episcopis lib. 1. cap. 4.* ubi contra Petr. de Marca *de Concord. Veritat. & Justit. lib. 6. cap. 1.* ostendit distributionem Orbis Ecclesiastici in Provincias ab Apostolis factam figmentum esse merum, adde Ziegler. *dict. loc. cap. 5. §. 23.* Lancelot. *Institut. Jur. Canon. lib. 1. tit. 5. §. 2.* Cautius loquitur Espen. *Jur. Eccles. part. 1. tit. 19. cap. 1.* Tametsi non constet, Metropolitanam dignitatem ab Apostolis esse institutam, vel utrum Apostoli aliquibus Ecclesiis à se fundatis aut earum Episcopis quædam Jura & Privilegia in alias Ecclesias concesserint, eam tamen antiquissimam esse nemo inficari potest. Ubi porro ex Historia Seculorum à Christo nato III. & seqq. Metropolitanam auctoritatem confirmat. Differentiam Episcopi Metropolitanani ab aliis tradit Cardinalis de Luca *Theatr. Veritat. & Justit. tractat. de Præminent. in Summa Præminentiar. Artic. 1. & in Miscellan. Ecclesiast. Discurs. 1.* ex quo sequentia huc transferimus:

Aliud Ecclesiarum genus est illarum, quæ Metropolitanam, seu Primatiam prærogativam habent, tanquam sponse Primatum, seu Metropolitanorum, istoque eodem modo, quo supra, de earum Prelatis dictum est, duplicem speciem constituunt; Unam scilicet Cathedralis propria, ac immediata Diocesis, in qua Archiepiscopus consideratur tanquam Episcopus, seu Ordinarius prima Instantiæ; Et alteram Metropolitanam seu Capitis Provinciæ, complexivæ plurimum Cathedralium, quarum est Caput, Archiepiscopus autem est Judex ac superior Appellationum, vel secunda Instantia.

- Episcopus Princeps Leodiensis Juramento solenni Officiali suo Jurisdictionem etiam in causis civilibus confirmare solet his verbis: Item juro, quod eam Jurisdictionem Ecclesiasticam, quam Episcopi Leodienses à centum ducentis, trecentis & amplius Annis per suos Officiales continue & pacifice exercuerunt tam in causis Profanis, Civilibus & Criminalibus, etiam con-



*tra mere Laicos, quando Officialis erit praeventus, tuebor & conservabo.*

### *Aphorismus VII.*

Cum itaque Imperii Romano-Germanici unusquisque Status in territorio suo potestate Summæ Majestatis in negotiis civilibus æmula utatur, salva Jurisdictione suprema Imperiali, ita ut alius Status in eum ejusque subditos nihil juris sibi arrogare queat; Mirum videtur, quo pacto acciderit, ut Archi-Episcopi Coloniensis Officialis, cui in Ecclesiasticis saltem tributa est superior Instantia, in ordine ad Leodiensem & Monasteriensem Officiales, eandem quoque in civilibus occupaverit; Mirum inquam, quod ista pars potissima Jurium eminentium territorii, judiciaria inquam potestas, fuerit adeo neglecta, ut Judex in negotiis civilibus plane extraneus, pro competente Judice Appellationis, cujus Decretis & jussis parere sub gravi censurarum Ecclesiasticarum poena subditi constringi possent, agnosceretur.

### *Aphorismus VIII.*

Originem ejus rei si inquiramus, aliam dari non posse existimo, quam venerationem superioris potestatis Ecclesiasticæ, cui etiam civilis esset subordinata. Quemadmodum in antiquioribus Seculis potestas Romani Pontificis etiam ad Regna & Principatus concedendos & adimendos, subditosque à Religione obsequii



quii absolvendos pertingere creditum fuit, scilicet, quia temporalia quæcunque subessent potestati spirituali, & ab hac demum suam vim, animam lucemque acciperent; Ita Ecclesiasticæ personæ in ordine superiori etiam deberetur in negotiis civilibus decisio superior. (y)

(y) Hoc enim fuit ex subordinatione perpetua usque ad Pontificem maximum, Dei ipsius in orbe terrarum Vicarium. Est autem ea in re animadvertendum primum falsum principium, ex quo reliqua fluxere in Defensione Cardinalis Sacripante pag. 13. *In Christo Domino & in Ecclesia semper, (inquit) adfuit uterque gladius ac utraque potestas, spiritualis nimirum habitu & actu, temporalis vero saltem habitu, ita ut per quamcunque prorogationem reducatur etiam ad actum: Quam Theſin quomodo ex doctrina Salvatoris & Apostolorum probaturus sit, viderit Eminentissimus Auctor ipse.*

### Aphorismus IX.

Quantæ verò ex hac subordinatione in Republica Germanica ortæ sint turbæ, ita ut ex eodem principio causæ gradatim ad alios superiores Ecclesiasticos Judices usque ad Curiam Romanam fuerint deductæ, notius est, quam ut Exemplis ostendi sit necessarium. (z) Hoc præcipue nititur argumento Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Sacripante in Libello, quem inscripsit *Defensionem Jurisdictionis Ecclesiasticæ circa Appellationes ab Officiali Leodiensi in causis profanis inter Laicos ad superiores Ecclesiasticos*, quod devolutio causæ ad Judicem Ecclesiasticum, qua talem

semper



semper pariat devolutionem ulteriorem ad Ecclesiasticos. (aa) Sed Officiale Colonienſis Archi - Epifcopi eſſe reſpectu Leodiſis Officialis ſuperiorem Judicem mere Eccleſiaſticum. (bb)

(z) Sufficit hic provocare ad Leges Imperii publicas, ad compellendam iſtam Jurisdictionis arrogationem latas, *Receſſ. Imper. 1654. §. 104. Capitulat. Imperatoris Caroli VI. artic. 14.*

(aa) Vid. Sacripante in *Defenſione cap. 5. & cap. 8.* ubi tamen animadvertendum eſt: Principium quod fundamenti loco ſubſtruxit Eminentiffimus Cardinalis *cap. 4.* eſſe, quod Officialis Leodiſis Jurisdictionem exerceat auctoritate mere Eccleſiaſtica. Originem exercitii in Jure dicendo ſi ſpectes, conſtat, Audientias Epifcopales fuiſſe arbitria magis, quam Judicia cauſarum civilium. Hæc non niſi à Civili poteſtate fontem repetunt. Poſteaquam verò ut ſupra dixi *Aphorism. IV. lit. (i)* Indulgentia Imperatorum Epifcopi etiam Territorii Jus nacti fuere, poteſtas eorum juris dicendi fuit inſigniter amplificata. Quam, qui Eccleſiaſticam mere dicit, fundamentum ponit tale, quod in principio nondum erat probatum: ſcilicet Jurisdictionem Epifcoporum omnem civilem eſſe, à natura qualitatis Eccleſiaſticae. Imo verò certum eſſe puto, originem deberi ſummæ poteſtati civili. Unde concluditur Officiale ſive Vicarium Epifcopi exercere inveterato uſu Jurisdictionem in cauſis Civilibus, auctoritate non mere Eccleſiaſtica, ſed Civili.

(bb) Quodſi Appellatio ad Officiale Metropolitanum Colonienſem, ab Officiali Leodiſis, eſſet fundata ex qualitate utriusque Eccleſiaſtica, & quod ille eſſet hujus ſuperior Judex Eccleſiaſticus; Sequeretur Appellationis neceſſitas ad Curiam Romanam ab omnibus Germanici Imperii Epifcopis. Eſt enim ratio eadem qualitatis Eccleſiaſticae. At vero, inquis, judicant Epifcopi non qua tales, ſed ex poteſtate, quam ſimul habent, qua Principes Seculares. Reſpondeo: etiam Leodiſem



ensem Principem ejusque Officiale[m] fungi vice Judicis Secularis, adeoque, quemadmodum Princeps, ita ejus Judex Vicarius, in Secularibus sive Civilibus causis nullum habet Judicem superiorem, quam Casarem & Judicia Imperialia. Porro: si concedas mihi, quod absque violatione Legum Imperii non potes non largiri, prohibitam esse merito provocationem ab Officiali Colonien[si] ad Curiam Romanam in causis Civilibus; fuit hinc conclusio, quod neque Officialis Colonien[sis] sit Judex Appellationis competens à Leodiens[is] vel Monasterien[si]. Ratio consequentiæ est, quod à Judice Ecclesiastico qua tali valeat semper provocatio ad Ecclesiasticum superiorem. Est autem Officialis Colonien[sis] in ordine ad Leodiensem & Monasteriensem mere Ecclesiasticus.

Aliud argumentum à Privilegiis de non appellando Leodiensibus desumptum, ita formatur: Per Privilegia Casarea Appellatio est limitata ad certam summam & aliis modis, & haud dubiè intelliguntur Privilegia etiam de Sententiis Officialis Leodiens[is], tanquam Principis vice Jus administrantis. Quæro: an Appellatio restricta sit tantum in ordine ad Judicia Imperialia Suprema, an etiam in ordine ad intermedium Judicem, puta Officiale[m] Coloniensem: Respondebis recte, quod etiam valeat prohibitio respectu intermedii Judicis. Hinc ego concludo, quod iste intermedius mere Ecclesiasticus in nulla causa civili sit Judex competens Appellationis. Quia enim est Ecclesiasticus, & Jure Metropolitico se dicit esse superiorem, non poterat restringi ipsius Jurisdictionem per Privilegia Imperatoris, cui Metropolitico Judex Jurisdictionem suam acceptam non refert. Ita enim Sacripante in *Defens. cap. 8. num. 11. seq. Absit, nec amplius dicatur*, inquit, *quod Jus Metropolitico dependeat ab Imperio, nam ad instar Hierarchiæ triumphantis, ut castrorum acies ordinata, fuit divina ordinatione instituta Hierarchia Ecclesiæ militantis, ita ut, sicut in illa solus Deus, ita in illa præsidet solus Papa, & qua sequuntur istis flosculis similima. Ergo aut in omnibus*

causis



causis erit Officialis Coloniensis superior Judex, aut in nulla. Sed in omnibus esse non potest per Privilegia Leodiensia, ergo potius est ut dicamus, in nulla esse eum competentem.

### Aphorismus X.

Cum itaque constituto per Maximilianum I. Anno 1495. Archi - Dicasterio Imperialis Camerae confusio ista Jurisdictionis observata esset, auctoritati Imperii admodum adversa, cui nullae adhuc Leges publicae obicem posuissent satis firmum, (cc) tolerata fuit consuetudo appellandi ad Officium Coloniensem, relicto casui fortuito recursum ulterius ad Imperiale Tribunal, adeo ut etiam dubitatum aliquando fuerit, num ab Officiali Coloniensi devolvi posset causa ad Camerae, scilicet quia esset iste Judex mere Ecclesiasticus, & à persona Judicis partiumque prorogatione causa civilis quaecunque induisset naturam Ecclesiasticam. (dd) Hinc multis feliciter cessere Appellationes ab Officiali Coloniensi ad Nuncium Pontificis, qui Coloniae residere solet, vel ipsum Pontificem. In Leodiensi Patria varii extiterunt motus ex ista Jurisdictionis confusione, de quibus exstat testimonium omni exceptione superius *Bulla Imperatoris Caroli V.* ad instantiam Leodiensium data Gandavi 6. Julii 1521. quae inscribitur *Bulla contra Conservatorias*, sive adversus Conservatores ita dictos Jurisdictionis Ecclesiasticae in causis civilibus Judicum extraneorum. In hac Bulla Im-



perator declarat, Jurisdictionem temporalem per Patriam & Dominia Ecclesiae Leodiensis esse suam, quae per Judices Ecclesiasticos extraneos multifariè turbetur & quasi ex integro confundatur, inhibendo Judicibus Patriae ordinariis, & evocando Reos extra limites Patriae, aliasque falcem spiritualem in messem Jurisdictionis Imperialis immittendo. „ Idcirco *statuitur*, ut omnes & singuli subditi Patriae Leodiensis coram suo proprio Judice, Tribunali ac Justitia ordinaria Seculari vel Spirituali debeant tractari & Juri stare, nulli vero Conservatores aut alii Judices, aut Executores, aut aliae quavis personae vigore Conservatoriarum & Rescriptorum quorumlibet possint seu debeant aliquam cognitionem, Jurisdictionem, seu Executionem in causis profanis, realibus, vel Feudalibus, aut inter seu contra personas Laicas suscipere vel exercere, Justitiisque & Judicibus ordinariis in quibusvis causis ad eorum Jurisdictionem de Jure communi pertinentibus inhibere, dictosque subditos extra limites Patriae trahere seu evocare, aut praemissa fieri procurare. „ Generalis expressio hujus Constitutionis haud dubie comprehendit etiam Officium Coloniensem, qui est respectu Patriae Leodiensis extraneus & mere Ecclesiasticus. Acceperunt hanc Bullam cum reliquis Privilegiis Imperialibus praecedentibus Ordines Patriae Leodiensis Anno 1522. voluntate adeo constanti, ut ea non nisi cum vita amittere vellent. *Con-*  
*firma-*



firmavit eandem Bullam cum Privilegiis reliquis Maximilianus II. Imperator Anno 1571. & fuere in Camera Imperiali acceptata per Sententiam 4. Februarii 1572. Neque tamen per istam Bullam & Confirmationes impediri potuit recursus ad Judices Ecclesiasticos, qui comminando censuras Ecclesiasticas, subditos Leodienses ad agnoscendam Jurisdictionem Ecclesiasticam compellere studuerunt.

(cc) Frustra opponit Sacripante *cap. 8. num. 50.* consuetudinem appellandi ad Officium Coloniensem ante institutum Camerale Judicium fuisse, & in decretis Synodalibus Metropolis Colonienfis confirmatam Anno 1423. Maximilianum I. vero Imperatorem, ejusque Successores Carolum V. Consuetudines Leodiensis Patriæ confirmasse, vide Sacripante *cap. 9. num. 5. seqq.* Respondetur enim de causis Ecclesiasticis intelligi debere decreta Synodalia & Consuetudines approbatas, non vero de Civilibus. Quid enim huic Synodo cum administratione Reipublicæ in rebus Politicis? Quis, quæso, crederet, Consuetudinem talem, quæ Jurisdictioni Imperiali est plane adversa, confirmare voluisse Imperatores Augustissimos. Maximilianum qui Cameram Imperialem instituit, Carolum V. qui Bullam edidit contra Conservatores?

(dd) Hoc argumento utitur Sacripante *cap. 1. num. 5. seqq. cap. 6. num. 7. & cap. 12. toto.* Ad quod respondetur: Quotquot proferri possunt exempla, ea in Jus nunquam abiisse, quia sunt & ipsi Juri Territoriali Principis Leodiensis vel Monasteriensis & Jurisdictioni Imperiali adversa, adeo ut nulla unquam hic valere queat præscriptio. Et quis dubitet, Lege Imperii publica, ne vim Juris acciperet Consuetudo, caveri potuisse? Hoc autem factum esse & quidem repetitis vicibus, dictum fuit probatumque, & in sequentibus ostendatur pluribus.



## Aphorismus XI.

Sæpius in Camera Imperiali deliberatum fuit de modo cavendi istam Jurisdictionis confusionem. (ee) Fuerunt qui tolerandum esse morem inveteratum censerent, usquedum Lege Imperii remedium adferretur originem rei abrogans, radicemque tollens, dummodo caveretur interim recursus ulterior ad Ecclesiasticos Judices superiores, simulque permitteretur gravatis electio Fori secundæ Instantiæ, vel ad Imperialem Camera immediatè, vel post intermedium Judicem Officialem Coloniensem, si forte alicui ex litigantibus (diceres potius eorum Advocatis) trium Instantiarum beneficium utilius videretur. In Sententiarum diversitate major fuit votorum numerus amplectentium hoc temperamentum, qua de re publicatum fuit Anno MDCIII. SCtum cujus tenor infra legitur. (ff)

(ee) Pristinos Antecessores in Camerali Judicio melius de his rebus informatos fuisse arbitratur Sacripante *cap. 9. num. 19.* quam modernos novatores: Imo vero, quod ejusmodi Appellationes rectius admitti non debuissent, Leges sequentes publicæ evincunt, quibus confusio Jurisdictionis Civilis & Ecclesiasticæ severe prohibetur. Et si sequentes Camera Senatores Jurisdictionem Imperialem tuentur, non ideo sunt novatores, sed Legum publicarum cultores & administratores, ipsi jurejurando officii ad tuendam Jurisdictionem Cameræ, quæ est Cæsaris, & Imperii, adstricti.

(ff) Demnach bey dem Hochlöblichen Kayserl. Cammer- Bericht in Zweifel gezogen / ob die Appellation von dem Official zu Münster ad Officialem Coloniensem in Weltlichen Sachen



Sachen eingewendet / zu gestatten / und auf den Fall / da dieselbig angeregter maßen beschehen / auch Appellations-Process von dem Coloniensi erkannt wären / ob dann Camera, non obstante tali Appellatione, contra Officialem Monasteriensem Mandata Executorialia, eine außgesprochene Sentenz zu exequiren / oder aber contra Coloniensem Mandata Inhibitoria, solche ertheilte Process zu cassiren / zu erkennen befußt sey oder nicht? Als ist auf beschehene Deputation per Majora dahin geschlossen / daß hinfüro angeregte Appellations-Sachen bey dem Eöllnischen Official, uti Judice Appellationis, gelassen / ihren Austrag allda erreichen / und à Camera so lan, bis dahin ein anders verordnet / Mandatis Cassatoriis & Inhibitoriis oder sonsten nicht remorirt / noch aufgehbt werden sollen. Jedoch da solche Appellationes à Monasteriensi zuvor / oder à Coloniensi hernacher ad Curiam Romanam, oder ad Nuncios Apostolicos, und also extra Imperium von den Partheyen gezogen würden / daß dieselbige quibuscunque remediis opportunis per Cameram annulliret und revociret werden sollen und mögen; Sonsten bleibt gleichwohl einer jeden Parthey bevor und frey / auch immediatè vom Münsterischen Officialn an das Kayserl. Cammer-Gericht zu appelliren / der electioni alternativè in dem hiermit ganz unabbrüchig.

### *Aphorismus XII.*

Ab hoc tempore strenuè militarunt Antecessores Camerales, adhibito etiam Fiscalis Cæsarei officio, contra Judicium Ecclesiasticorum usurpationes, & litigantium ad eosdem recursus. Neque tamen severitas inhibitionum sive Mandatorum Cameralium abusum satis compescere potuit, cujus causa præcipua fuit instinctus Advocatorum Judiciis istis Ecclesiasticis additorum.



torum. Hæc inter alia fuit ratio, ut, cum de reformanda re judiciaria Imperii in Comitibus Ratisbonensibus ageretur, insertus fuerit Legi publicæ Anno 1654. Articulus abusus istos compescens. Qui deinde in Capitulatione Cæsarea Leopoldina magis fuit declaratus. (gg)

(gg) §. 164. *Recess. Imper. de Anno 1654.* Als sich dann auch die Stände zum höchsten beschwehrt / daß in den Erz- und Stiftern Cölln / Rüttig und Münster / wie auch andern Orten des Reichs / allerhand Mißbräuch / wegen Vornehmung der Appellationen und Recursen von den Officialibus ad Pontificem und die Nuncios entstehen / indeme man sich derselben fast von allen Urtheilen ohne Unterscheid / es betreffe gleich Civil- oder Profan- Sachen / bedient / die Jurisdictiones wider die Ordnung confundirt / die Civil- Sachen ausserhalb des Reichs zu fremden Gerichten gezogen / und die Partheyen / mit Verspielung vieler Zeit und Unkosten / umgetrieben werden ; Dahero erfolgt / daß nicht allein viele Mandat-Process de cassando entspringen / sondern die Nuncii vielmalen durch Gegen- Mandata Cassatoria denen Partheyen / die Cammer- Gerichtliche Verbott aufzuheben / bey starcker Geld- Poen, oder Geistlicher Censur, anzubefehlen pflegen : Und Uns dann Churfürsten und Stände / und der abwesenden Rätthe und Gesandten / um Abstellung dergleichen / zu Abbruch und Schmälerung Unserer und des Heiligen Reichs Hoheit / auch Confusion der Jurisdictionen gereichender unordentlichen nachtheiligen Procedures, durch bequeme thunliche Mittel / der Gebühr ersuchet ; So wollen Wir (in Erinnerung was auch dieser Sachen halber bereits im Jahr 1548. den 3ten Octobris, von Weyland Unserm geliebten Vorfahren am Reich Kayser CARL dem Fünfften an die Stände des Reichs vor Rescripta und Mandata de non evocando ergangen) an den



den Päpstlichen Stuhl zu Rom hierin die Nothdurfft dahin beweglich gelangen lassen / damit den Nunciis dergleichen ohnzulässiges Verfahren im Reich / und über dessen Glieder und Unterthanen / mit Ernst verbotten / und forders nicht mehr gestattet / und da dagegen etwas attentirt oder gehandelt würde / solches keine Krafft haben / sondern wiederum cassirt / aufgehoben / auch insgemein die Evocationes vor fremde Gerichte und aufferhalb des Reichs (wie sie dann ohne das bey Unserm Reichs Hof Rath und Cammer Gericht nicht geachtet) keines wegs zugelassen : Auch im übrigen dasjenige / was die Stände wegen der Nunciorum Absolutionen à Juramentis, und daß dergleichen Relaxationes in den Gerichten / sie geschehen dann von dem ordentlichen Richter / ad effectum agendi nicht zu attendiren seyn sollen / hierbey erinnert / beobachten.

*Capitulat. Leopold. Artic. XIX. in med.* Gleicher gestalt wollen Wir auch die etlicher Orten eingerissene Mißbräuch / dadurch die Causæ Civiles von ihrem ordentlichen Gericht im Heiligen Reich ab, und auffer dasselbe ad Nuncios Apostolicos, und wohl gar ad Curiam Romanam gezogen werden / abschaffen / vernichten und ernstlich verbieten / auch Unserm Kayserl. Fiscaln, so wohl bey Unserm Kayserlichen Reichs Hof Rath / als Cammer Gericht / anbefehlen / wider diejenige / so wohl Partheyen / als Advocaten, Procuratoren, und Notarien, die sich hinfüro dergleichen anmassen / und darin einiger gestalt gebrauchen lassen würden / mit behöriger Anklag von Amts wegen zu verfahren / damit die Ubertreter demnechst gebührend angesehen und bestraft werden mögen.

### Aphorismus XIII.

Non hæsitavit etiam ipse Elector Colonienfis  
Maximilianus Henricus, qui erat simul Episcopus Leo-  
Uu diensis



diensis & Monasteriensis, Edictis suis abusus gravissimos Judicum Ecclesiasticorum extraneorum compescere, Anno 1670. & proximè sequentibus, quo tempore maximus extitit Jurisdictionis Ecclesiasticæ & Civilis conflictus. Occasio erat causa *Lenarts* contra *Cours*, in qua Camera Imperialis Mandato Cassatorio & Executoriali recursum compescere studuit, & Sententias Paritorias publicaverat, Anno 1659. vide *Roding. lib. 1. tit. 8. num. 30.* Post varios conflictus Elector Serenissimus Imperii Constitutionibus moram gerere cupiens Mandato suo recursum ad Curiam Romanam vel Nunciaturam prohibuit, quod datum Bonnæ 10. Julii 1670. Et quo magis declararet suam voluntatem impediendi arrogatam Nuncii Pontificis Romani Jurisdictionem, binis Edictis aliis 3. Martii & 6. Maji 1672. omnibus suis Justitiæ Ministris Leodiensibus & Monasteriensibus (utrumque enim Episcopatum habebat tunc temporis Elector Colonienfis) ut Mandatis & jussibus Cameræ Imperialis & Judicii Imperialis Aulici obtemperarent, severè injunxit: (hb)

(hb) *Maximilianus Henricus &c. &c.*

Venerabilibus, Honorabilibus, Doctis & Fidelibus Nobis Dilectis, Cancellario & Consiliariis Consiliorum Nostrorum Privati & ordinarii, nec non Officiali Nostro Leodiensi, Deputatis quoque Statuum, Scabinis, Officiatis & Justitiariis Civitatis, aliisque Patriæ nostræ Leodiensis, & Comitatus Loffensis Salutem. Noveritis Nobis humillimè expositum esse, quod licet Curia Nostra Metropolitica Colonienfis fuerit semper superior in ordine Appellationum, & competens respectu  
Curiz



Curia Nostra Leodiensis indifferenter etiam in causis civili-  
bus & profanis, proque tali non solum per antiqua respectivè  
ac ultima Statuta Curia Nostra Leodiensis, sed & per Supre-  
mae Imperialis Camerae Judicium, & diversos Imperii Reces-  
sus recognita; & proinde quaestio competentiae ac devolutio-  
nis vel non-devolutionis causarum, quae viâ Appellationis  
per partes gravatas ad Officiale Nostrum Metropolitanum  
devolvuntur, cognitioni & decisioni ejusdem, nulli vero al-  
terius, minus autem inferiorum respectivè Judicum subfit;  
Executio autem Sententiarum per eundem sic aditum lata-  
rum, quae de Jure inappellabiles, vel defectu legitimae Appel-  
lationis, aut alias in judicatum lapsae sunt, à nullo, praesertim  
inferiori Judice seu Tribunali quovis praetextu impediri, sed  
contra omni modo promoveri, & non obstantibus, per Re-  
cessus Imperii, à quo Jurisdictio Secularis utriusque Nostrae  
Officialis Colonienfis & Leodiensis promanat, vetitis provo-  
cationibus perfici debeat.

Nihilominus contrarium planè in pluribus causis passim  
contingat, & tam per Officiale Nostrum Leodiensem, quàm  
alios ejusdem Nostrae Ditionis, Comitatusque Lossensis Justi-  
tarios, tam per admissionem oppositionum per Partes in  
Curia Nostra Metropolitana condemnatas super competentia  
vel validitate Sententiarum Officialis Nostrae Metropolitanicae ex-  
hibitarum, quàm recursuum Apostolicorum in causis civili-  
bus & profanis, etiamsi hi Recursus & Processus à Supremis  
in Imperio Tribunalibus velut nulli declarati & cassati sint,  
de facto practicetur, in grave & non tolerandum Imperialis,  
Nostraeque Metropolitanicae Jurisdictionis vilipendium, ac praer-  
judicium, nec non partium damnum, prout non ita pridem  
in causa LENARTS contra COURS evenit; in qua tametsi  
testantibus Actis pro quondam Arnaldo Lenarts, uti cum  
Uxore & Liberis suis scripto haerede Joannis Eychenhuts,  
ejusque aris alieni solutore, alias à Decreto Officialis Nostrae  
Leodiensis postposito plenarii Possessorii, quod in parte per



eundem ejusque Commissarios, sicut & per Scabinos Tun-  
grenses dicto Arnolde adjudicatum fuerat, adeoque à noto-  
rio gravamine ad Officiale Nostrum Metropolitanum appel-  
lante, jam inde à 17. Junii 1644. lata sit, juxta *l. fin. Cod. de*  
*Edicto Divi Hadriani tollendo*. Sententia provisionalis Manu-  
tenentia universalis, & immissoria totius hereditatis, ad effe-  
ctum præsertim suspensivum de Jure & Privilegiis Curia No-  
stræ inappellabilis; proindeque ejus Executio cassata per Cæ-  
sareum Mandatum, subsecutasque Sententias Camerales, nec  
non declarationem adversarii Wilhelmi Cours, velut in causa  
merè civili & profana, illicitâ Appellatione Apostolicâ, di-  
versimodè injecta sit, & vigore novarum Literarum respec-  
tivè Executorialium & Requisitorialium Officialis Nostri Co-  
loniensis ad Leodiensem, omnesque Judices, sub quibus Bo-  
na quæstionis sita sunt, emissarum per Officiale Nostrum  
Leodiensem bis terque decreta, ejusdemque autoritate,  
non obstante nova dicti Cours provocatione, pro Licentiate  
Petro Lenarts cœpta fuerit, quin & ulterius per Mandatum  
Imperiale Cassatorium & Executoriale Sine Clausula Nobis  
exhibitum, non attento adversæ partis recursum ad viginti Du-  
umviros Leodienses, & quibuscunque non obstantibus con-  
firmata, nec non ulteriores & respectivè arctiores dicti Offi-  
cialis Nostri Colonienfis desuper Requisitoriales emanaverint:  
His tamen omnibus posthabitis, tam ipse Officialis Noster  
Leodiensis propriis suis, sui que Prædecessoris Decretis Execu-  
tivis contraveniendo, quàm prædicti pro solis violentia casu-  
bus limitati extraordinarii Judices, nullam de causa principa-  
li ad ordinarios spectante cognitionem habentes sub prætextu  
ultimæ hujus Appellationis ad Sedem Apostolicam antea re-  
jectæ demandatam, cœptamque Executionem retractare præ-  
sumpserint, Deputatis Statuum super hoc conniventibus;  
imò & pro hujusmodi revocatione, non considerato quoque  
Decreto pœnali, nisi mentionati Nostri Officialis Colonien-  
fis debitè insinuato; Diversi è contra Processus Executivi tam  
adver-



adversus Justitiæ Satellites, vulgò Crenckenarios, qui jussu & autoritate Officialis Leodiensis Judicatum Nostri Officialis Coloniensis exequi inceperant, quàm contra ipsum Impetrantem Licentiatum Lenarts, aliosque à parte adversa indies ex-  
practicentur, & attentata accumulentur, quemadmodum sæpe nominatus Lenarts de illis aliisque Contraventionibus dicti Judicati Coloniensis Nobis gravissimas querelas deposuit, & narrata sufficienter justificavit. Per quæ omnia, cum Causarum per Officiale Nostrium Coloniensem judicatarum Executio impediatur & Cursus Justitiæ sistatur, imò hæc in Jurisdictionis Nostræ Metropolitanæ simul & Imperialis gravissimum præjudicium manifestè tendant, ideoque sæpe dictus Lenarts contra præmissa, aliaque similia, autoritatem Nostram Principalem & Metropolitanam humillime interpellavit.

Hinc volentes, prout tenemur, Jurisdictionem Nostram Metropolitanam conservare, fundamentalibusque Imperii Constitutionibus Nos conformare, salvo de cætero in Causis Ecclesiasticis respectu Sedi Apostolicæ & Tribunalibus Curie Romanæ debito, vobis omnibus & singulis hisce serio mandamus, injungimus, & volumus, ut partes in causis civilibus & mere profanis condemnatas ad debitam Judicatorum Officialis Nostri Metropolitanici Coloniensis obtemperantiam & satisfactionem realiter pro vestro respectivè munere compellatis; speciatim verò præacta attentata, aliasque Contraventiones sæpe specificati Judicati Executorialium, & Requisitionarium ejusdem Officialis Nostri non solum sisti & tolli curetis; sed & insuper idem judicatum pro dicto Lenarts promptæ & plenariæ Executioni demandetis, seu demandari faciatis, ne alioquin ob defectum Partitionis de arctioribus conservanda Imperialis simul & Metropolitanæ Nostræ Jurisdictionis opportunis & necessariis remediis prospicere cogamur. Signatum Bonnæ 10. Julii, 1670.



*Maximilianus Henricus &c. &c.*

Omnibus & singulis ad quorum notitiam hasce pervenire intererit, Salutem in Domino. Mature perpendentes, quod Jurisdictione Metropolitica in Leodiensibus & Monasteriensibus, aliisque civilibus & profanis causis à Sacro Romano Imperio in Nos & Archi-Diœcesin Nostram pronanet, ac immemorialis temporis usu roborata sit, nec non tam in Imperii Constitutionibus, quam Imperatorum Capitulationibus prohibitio evocationis causarum civilium ad Judicia merè Ecclesiastica clarè fundata & incontroversibilis planè, atque notoriè existat, adeoque in iis Illustrissimo Domino Nuncio Apostolico nulla cognitio competere valeat, quinimo omnes recursus, qui ad Dominos Nuncios Apostolicos in hujusmodi causis fiunt, tanquam abusus per Sacrum Imperium reprobati esse dignoscantur, & quotidie tam in Imperiali Camera quam Judicio Aulico per Mandata Cassatoria tollantur, & partes ad Dominos Nuncios Apostolicos in Leodiensibus vel aliis profanis causis recurrentes tanquam Jurisdictionis Imperii violatores coërceantur. Hinc quatenus præter omnem opinionem in causa de Sart & Rolandi contra le Clerq; Illustrissimus Dominus Nuncius contra Officiale Nostrum Coloniensem quidquam ulterius decernere intendat, causam hanc uti Nostram amplectimur, & nostram propriam facimus, dictumque Officiale Nostrum, Nostrique Officii Promotores in specialem Nostram protectionem sumimus, omnemque indemnitate eisdem promittimus, & tam dicto Officiali nostro, quam Officii Nostrum Promotoribus in hac causa coram Illustrissimo Domino Nuncio sese intromittere, vel Jurisdictionem ejusdem ullatenus prorogare, neque super Metropolitana Nostra ab Imperio profluente & incontroversibili Jurisdictione in ullam disceptationem consentire præsumant, seridè & sub pœna arbitraria inhibemus; Insuper Officiali nostro Coloniensi ut non obstantibus Illustrissimi Domini Nuncii comminationibus in hac & simili causa civili & profana Mandatis Cassatoriis



riis & Executorialibus ab Imperiali Camera vel Judicio Au-  
lico relaxatis & imposterum relaxandis promptam partitionem  
præstet, clementissimè injungimus. Datum in Residentia  
Nostra Bonnæ tertia Martii, 1672.

*Maximilianus Henricus &c. &c.*

Venerabilibus, Honorabilibus, Doctis & Fidelibus Nobis Dilectis,  
Cancellario & Consiliariis Consiliorum Nostrorum Privati &  
Ordinarii, nec non Officiali Nostro Leodiensi, Deputatis quo-  
que Statuum, Scabinis, Officiatis & Justitiariis Civitatis, aliis-  
que Patriæ Nostræ Leodiensis, & Comitatus Loffensis Salutem.

Quamvis ex Tenore Edicti Nostri currente Anno 1672.  
die decima quinta Februarii satis luculenter appareat, inten-  
tionem Nostram nunquam fuisse, nec esse, prohibere, ne in  
causis civilibus Leodiensibus etiam coram Officiali Leodiensi  
introducitis ad Suprema in Imperio Tribunalia, Camera scilicet  
Spirensis & Judicium Aulicum, partes recurrant: Cum  
tamen graves querelæ ex parte Promotorum Officii Nostræ  
Archi-Episcopalis Curie ad Nos delatæ fuerint, quod Edi-  
ctum mentionatum ad Suprema hæc Dicasteria torqueatur,  
contra clarissimas dispositiones tam Capitulationum Casarea-  
rum Ferdinandi IV. recolendæ memoriæ, & Leopoldi modò  
felicissimè regnantis, quàm ultimi Recessus Imperii Ratisbo-  
nensis; Nos incommodis Jurisdictionum confusionibus, &  
damnis partium exinde meritò timendis obviare volentes, præ-  
sentibus declaramus, intentionem Nostram nunquam fuisse  
recurfus hos ullatenus inhibere, prout etiam in Nostra pote-  
state constitutum non est, ut illos inhibeamus: Quocirca Can-  
cellario, ac Consiliariis, Officiali, aliisque Officiatis & Justitia-  
riis Civitatis Nostræ Leodiensis & Comitatus Loffensis clemen-  
tissimè mandamus, ut in quibuscunque causis civilibus & pro-  
fanis, quamvis coram Officiali Nostro Leodiensi introductæ,  
& per eundem decisæ fuerint, Mandatis Cameralibus, & Judi-  
cii Aulici morem gerant, obtemperent, & illa, quoties ad  
eosdem relaxata & directæ fuerint, debitæ Executioni sine ulla  
tergi-



tergiversatione demandent, nullatenus verò impediant, vel impediri faciant, aut permittant, quò minus partes in memoratis causis ad Officialem Nostrum Coloniensem vel immediatum in ejusmodi Appellationum causis Judicem, & Officialis Nostri Leodiensis in eisdem superiorem, pro tali à Supremis hisce Dicafteriis, totoque Imperio semper agnitum, liberè recurrant, causasque suas etiam profanas & civiles coram eodem prosequantur, & decisionem ejusdem expectent; Hæc enim est Nostra clementissima & enixissima voluntas, cui tam omnes & singulos suprà nominatos, quam partis, Curiaque Nostræ Episcopalis Leodiensis Advocatos, Procuratores, Notarios, & Sollicitatores sese conformare volumus. Signatum Bonnæ hac 6. Maji, 1672.

Tametsi verò indulgentissimus Elector ad instantiam Cardinalis Bonovisii Nuncii Pontificis, ejusque Auditoris Tuttii, permoveri se passus fuerit, ut præcedentia revocaret sequentem in modum: (ii)

(ii) *Ad contestandam nostram devotissimam, & filialem observantiam erga Sanctam Sedem Apostolicam motu proprio, & ex certa scientia decernimus, & declaramus Edicta nostra die 3. Martii, & 6. Maji 1672. quorum primum incipit: Omnibus & singulis, ad quorum notitiam, &c. secundum verò, Venerabilibus, Honorabilibus, Doctis & Fidelibus, &c. quæ eidem præjudicio esse perhibentur, habenda, & tenenda esse, ac si nunquam emanassent.*

Imò contra Literas Monitorias Leopoldi Cæsaris 27. Septembris 1654. datas, novo Edicto Anno 1681. 16. Augusti Jurisdictioni Ecclesiasticæ in causis civilibus plenas manus concessisse visus sit, cujus verba sunt: (kk)

(kk) *Serenissima sua celsitudo conservationi Jurisdictionis Ecclesiasticæ in Diœcesi sua Leodiensi, & Comitatu Loffensi prospiciendum censuit*



consuit per *Edictum sub dato 15. Februarii 1672. Bonnae datum, & in Curia Leodiensi 26. ejusdem publicatum*: Quandoquidem verò eadem Serenissima sua Celsitudo agrè & moleste intelligat, eo non obstante *Edicto promiscuis actibus rerum turbari officia, & Jurisdictionem Ecclesiasticis concessam, seu consuetudine receptam continuo ab aliis subtrahi, & convelli, hinc suo Officiali Leodiensi hisce de novo clementissime injungit, ut renovata dicti Edicti publicatione Juramentum ab Advocatis, Procuratoribus, & Notariis juxta formulam 27. dicti Mensis Februarii publicatam exigat, & singulos renitentes à Curia suspendat, inhibendo quibuscunque Judicibus & partibus, ne illorum opera & consilio utantur; mandat ulterius Serenissima sua Celsitudo suis Archi-Fiscis, & eorum cuilibet, ut executioni hujus & alterius sui Edicti sedulo invigilent, & quoscunque Contraventores tanquam perjuros pro debito officii sui munere absque ulla dissimulatione prosequantur.*

Quæ Electoris Serenissimi jussa, quo modo Officialis Executioni mandaverit, infra *Aphorism. XIV. lit. (mm)* explicabitur latius.

Non poterant tamen magis valere actus Legibus ad-versi posteriores quam priores, in quibus Elector, quod vellet Constitutionibus Imperii morem gerere & per suos Judices geri, declaraverat, Actus enim contra Leges gesti nulli sunt ipso Jure. Et quis dubitat Electorem Legibus Imperii esse obstrictum? Romanæ verò Curiae ejusque affeclarum usurpationes atque postulationes Germanicæ Reipublicæ Constitutio insuper habere potest, & à Germanis Civibus bonis haberi merito debent. Proinde non neglexit Camera Imperialis isti Jurisdictioni Ecclesiasticorum Judicum severis interdictionibus, quandocunque casus extitit, obviam



ire, prout factum est per Mandatum Camerale de Anno 1673. Tenoris sequentis : (ll)

(ll) *Leopoldus &c. &c.*

Admodum Venerabili & Perillustri MAXIMILIANO HENRICO, Archi-Episcopo Coloniensi, Sacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellario, Episcopo Leodiensi & Hildesiensi, Administratori Stabulensi, Prapósito Bergtesgadenfi, Comiti Palatino Rheni, utriusque Bavariæ, ut & Superioris Palatinatus Ducis, Landgravio in Leuchtenberg, Principi Electori & Consanguineo Nostro charissimo, &c.

Nec non Honorabilibus, Peritis, Nobis & Sacro Romano Imperio Fidelibus, Dilectis, & Devotis, Dilectionis Sux Consiliariis Consiliorum Privati & Ordinarii, uti & Officiali Leodiensi, una cum ejusdem Sententionario: Præterea Paribus Curix Feudalis, Scabinis Supremæ Justitiæ, Viginti Duumviris & eorum Revisoribus, Statuum Deputatis Leodiensibus, Oppidorum quoque & totius ditionis Leodiensis Officiatis, Scabinis & Justitiariis, prout etiam Locum tenenti, & Paribus Aula Curingianæ Comitatus Lossensis, ac Scabinis Superioris Justitiæ Vliermaliensis, aliisque omnibus & singulis subalternis ejusdem Comitatus Justitiariis; Judicibus porro Synodalibus seu Ecelesiasticis Leodiensibus, Protonotariis Apostolicis, & generatim omnibus causarum Advocatis, Procuratoribus, ac Prælocutoribus, Notariis, & Apparitoribus, Gratiam Nosram Casaream, & omne Bonum.

Admodum Venerabilis & Perillustris Princeps Elector & Consanguinee charissime, nec non Honorabiles, Periti, Fideles, Dilecti, ac Devoti.

Judicio Imperialis Nostræ Camera, ejusdem Procurator Fiscalis & Consiliarius noster *Philippus Ludovicus Arbogast*, Jurum Licentiatum, ex officii sui munere humillimè remonstrando exposuit; Qualiter quotidiana ad fastidium testetur experientia, quod licet omnia & singula Sacri Romani Imperii

Mem-



Membra, Principes, Status, Officiati, Judices, Justitiiarii, Subditi & Incolæ ad reverentiam, observantiam, & executionem ejusdem Sanctionum & Recessuum, & eorum quæ in iisdem pro ipsius Imperii Jurisdictione adversus externos usurpatores vindicanda salubriter cauta sunt, inviolabiliter teneantur: Diversis porro ejusdem Constitutionibus, Edictisque Cæsareis Juri tam Canonico quàm Civili consonis, speciatim autem Novissimo Ratisbonensi Recessu, ac insuper Capitulatione Nostrâ Imperiali vetita denuo & interdicta sit Jurisdictionum Secularis & Ecclesiasticæ confusio, causarumque civilium ad Judices & Nuncios Apostolicos, omni super iis censura in Imperio carentes, veluti per Appellationes ab Officialibus Colonienſi, Leodiensî, & Monasteriensî, aliosque recursus illicitos pertractio, statutis in Contraventores simul & recurrentium Advocatos, Procuratores, & Notarios acribus pœnis: ad quarum proinde Sanctionum & Prohibitionum Imperialium realem obsequentiam, debitumque effectum, cumprimis Archi- & Episcopi Principes dictarum ditionum, singulariter vero Leodiensis ejusque Officialis, aliique Justitiiarii, per & inter quos præcipue hujusmodi abusus orti, tanto magis obstricti sint; Quemadmodum etiam laudabiliter Dilectio Vestra mature perpendens, quod Jurisdictio Metropolitana in civilibus & profanis causis à Sacro Romano Imperio in Se Suamque Archi-Diœcesin indubiè promanet, ac immemorialis temporis usu roborata sit, volens etiam fundamentalibus Imperii Constitutionibus se conformare, & incommodis Jurisdictionum confusionibus damnisque partium exinde proficientibus obviare, ejusmodi abusus in evocationibus causarum civilium ad Judicia merè Ecclesiastica, tanquam per Sacrum Imperium reprobatos, per Officiatos & Justitiiarios Patriæ & Curiales Leodienses tolli, & ècontra Supremam hujus Imperialis Nostræ Camera Jurisdictionem tam in dictis Imperii Constitutionibus quàm Capitulationibus clarè fundatam, & planè incontroversibilem

Xx 2

debitè



debitè conservari, ejusdemque Mandatis promptam partitionem præstari, diversis in Adjunctis sub Num. 1. 2. & 3. comprehensis Ordinationibus, in eum finem successivè, & partim non ita pridem emissis, serio & sub arbitraria pœna præceperit.

Nihilominus in facto comperiat per crebra, quæ ad exponentis Fiscalis, vel etiam partium Imperii Jurisdictionem respicientium instantiam ab hoc Supremo Nostro Judicio emanârint, & adhuc sollicitentur Mandata Pœnalia in particularibus causis civilibus Cassatoria Appellationum, recursuumque Apostolicorum, & Executorialia Sententiarum per Te Officiale Leodiensem uti civilem eatenus Judicem latarum, quod tamen idem Officialis, aliique Judices Leodienses, præcipue vos Synodales & Protonotarii Apostolici, multique illius indubitata Imperii Provincia Subditi & Incolæ, eorumve Advocati & Procuratores præmissis Constitutionibus & Ordinationibus contraveniendo, pristinos abusus, provocaciones & usurpationes Apostolicas in Secularibus causis respectivè continent, foveant, iisque passim deferant, & taliter Executiones rerum per ordinarios civiles Judices legitimè judicatarum præpediant, frustrentur, & eludant, unico vestro Judicum merè Ecclesiasticorum & inservientium incongruo lucro, maximo autem damno publico, dum per tales Appellationum ambages lites indifferenter, etiam de rebus exiguis, multiplicentur, partesque sumptibus indebitis exhauriantur.

Cui propterea gravi malo & pernicioso exemplo cum perefficiacius quoddam remedium generale, salva pœnarum contra reos anteriores prosecutione, obviam iri publice expediat, eique prospicere officio suo haud parum incumbat, ac hujus Nostri Casarei Tribunalis Jurisdictione ad hoc multifariè fundata sit.

Hinc Mandatum hoc Nostrium Casareum una cum Citatione ita plane exigente necessitate sibi decerni, & ad meliorem omnium notitiam Leodii, Huji, & Casseleti publice affigi instantissimè



tiffimè petiit & obtinuit, quod hi Processus hodiernâ die, quâ datum infra patet, modo subsequenti decreti fuerint.

Authoritate itaque nostrâ Imperiali, tenoreque præsentium, sub pœna viginti Marcarum Auri puri, Fisco Nostro Casareo irremissibiliter persolvendarum, districtè præcipiendo mandamus, & serio injungimus, Dilectioni inprimis Vestræ, & Consilio privato, ut pro autoritate, & munere suo Principali, quovis meliori, efficaciore, & promptiori modo, per suum Officiale, omnesque Judices, Justitios, Subditos & Incolas Patriæ Leodiensis & Comitatus Lossensis supra memoratam Imperialem prohibitionem & cassationem Appellationum & recursuum Apostolicorum in civilibus, profanis, & temporalibus causis, desuperque emissas proprias Ordinationes perfectè observari & exequi mandent, & effectivè procurent; Vobis verò Judicibus Synodalibus, Protonotariis Apostolicis, Advocatis, Procuratoribus, Prælocutoribus, Notariis & Apparitoribus Leodiensibus & Lossensibus, ne ullos in causis ejusmodi profanis & Secularibus posthac Processus, Literas, Commissiones, aut recursus Apostolicos acceptetis, admittatis, foveatis, procuretis, vel similibus inferviat, sed ab illis plane vobis caveatis & abstineatis, nullâ ratione habitâ Juramenti in contrarium ad tuam Officialis Leodiensis compulsionem antehac nulliter & coactè præstiti; Tibi quoque Officiali unâ cum tuo Sententionario, vobisque reliquis præfatis superioribus & subalternis Officiis & Justitiariis Leodiensibus & Lossensibus similiter mandamus, ut ejusmodi Recursus, Processus, Rescripta, Inhibitiones, Sententias, Executoriales, & mandata Apostolica in civilibus causis minime attendatis, sed illis, & quibuscunque desuper fundatis, vel adstructis, uti per se nullis, non obstantibus, imo spretis & rejectis, Sententias in civilibus per te sæpe dictum Officiale Leodiensem, aliosque Ordinarios sub Imperio Judices latas ad instantiam partium, pro suo quilibet respective munere, realiter Executioni demandetis, & mandari faciatis,



speciatim etiam vobis Consiliariis Consilii Ordinarii Leodiensis, tanquam Conservatoribus Privilegiorum Imperialium, quæ Jurisdictionis & Superioritatis nostræ Cæsareæ observantiam in civilibus contra evocationes & usurpationes mere Ecclesiasticas maximè concernunt, ut ad querelam partium defectuosos & contraventores per Processus Pœnales & Mandata opportuna debite coërceatis & corrigatis, quatenus placuerit Dilectioni Vestræ, Vobisque omnibus evitare pœnam superius comminatum. Factura est Dilectio Vestra, & Vos exequimini hac in parte jussionem Nostram seriam.

Insuper eâdem Nostrâ autoritate Dilectionem Vestram, Vosque suprâ mentionatos omnes & singulos citamus ad comparandum die trigesimo, insinuationem seu affixionem istius proximè subsequente, quorum decem pro primo, decem pro secundo, reliquos vero decem pro tertio & peremptorio Termine assignamus, & præfigimus, vel si dies ipsa Juridica non fuerit, ex tunc proxima causarum Audientia, per Procuratores ad hoc legitimè constitutos, in Auditorio dictæ Nostræ Imperialis Cameræ, & docendum se sic morigerè gesturos, vel videndum & audiendum Dilectionem Vestram & Vestrum quemlibet in præfatam pœnam incidisse decerni & declarari, vel dicendum & allegandum causas rationabiles, quare declaratio talis fieri non debeat, recipiendumque de super Justitiam expeditam; alias ad Procuratoris Fiscalis Instantiam ulterius procedetur contumaciâ Vestrâ non obstante, de quo Dilectionem Vestram, & Vos certiores facimus.

Simulque statuimus & volumus hos Processus in supra dictis locis per modum Edicti publici proponi & affigi, ejusdemque vigore quemlibet, ac si in propria persona, vel loco domicilii sibi denunciati & insinuati essent, obligari & tene-ri debere.

Datum in Civitate Nostra Imperiali Spira, Vigesima Septima Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Septuagesimo Tertio, Regnorum Nostrorum Romani Decimo



cimo Sexto, Hungarici Decimo Nono, Bohemici vero Decimo Septimo.

*Aliud Mandatum Camerale adversus Juramentum exactum per Officiale Leodiensem ab Advocatis & Procuratoribus, decretum in Camera Imperiali Anno 1686. recensetur Aphorism. seq. Anno 1697. cujusdam Waltheri Counottii Leodiensis pertinaciam in non parendo injunctæ revocationi & renunciationi recursus ad Curiam Romanam suscepti, Banno Imperiali solenniter publicati compescere non dubitavit Camera Imperialis. Adeo ut dictus Counottius, (cum alioqui Justitia causæ principalis niti potuisset, quam involutam antea, vel ipsius, vel Advocatorum, ex opulentissima hæreditate lucra sperantium, non satis curatâ, ex altera vero parte, tractatione perquam callida, Sententiæ Camerales ab Anno 1717. usque 1723. publicatæ, ad lucem perduxere) ex sola ista pertinacia, variisque plurimarum litium anfractibus atque fortunis, millium Jacturam fuerit expertus. Neque ipse finem litis vidit, sed filius.*

### Aphorismus XIV.

Nondum hucusque perventum fuerat ad remedium quo abusus iste Jurisdictionis Ecclesiasticæ tolleretur ab origine. Cum vero in Electione Josephi Regis Romanorum postea Imperatoris monuissent Electores, ut futurus Imperator de sufficienti remedio contra abusus omnes prospiceret; (mm)

(mm) Gleicher gestalt wollen Wir / wann es sich etwan begäbe / daß die Causæ Civiles von ihrem ordentlichen Gericht im Heil. Reich ab, und auffer dasselbe ad Nuncios Apostolicos, und wohl gar ad Curiam Romanam gezogen würden / solches abschaffen / vernichten und ernstlich verbieten / auch Unsern Kayserl. Fiscaln so wohl bey Unserm Kayserl. Hof Rath



Rath als Cammer- Gericht anbefehlen / wider diejenige / so wohl Parthenen als Advocaten, Procuratoren, und Notarien, die sich hinfüro dergleichen anmassen / und darin einiger gestalt gebrauchen lassen würden / mit behöriger Anklag von Amts wegen zu verfahren / damit die Ubertreter dem nechsten gebührend angesehen und bestrafft werden mögen.

*Repetuntur hæc verba in Capitulatione Novissima CAROLINA Artic. XIV. in med.*

Non poterat non Sacratissima Majestas *Patentibus Litteris* significare clarissimè, Officialem Colonensem habendum esse respectu Officialis Leodiensis (eadem ratio fuit habita respectu Monasteriensis) pro merè Ecclesiastico, adeoque omnem Appellationem in causis civilibus esse penitus præscindendam, ex origine abolendam, & ab Officiali utroque Leodiensi & Monasteriensi non nisi ad Judicia Imperialia Appellationes deducendas. Quæ Mandata sive Patentes Cæsareæ cum sæpius sint typis excusæ separatim, & in operibus aliis. (nn)

(nn) *Acta Comititalia de Anno 1719. Adjunct. zum Rayserl. Commissions- Decret 24. Maji.*

*Commentat. Systemat. de Jur. Camer. Edit. secunda in Appendice pag. 80. seqq.*

*Corp. Jur. Camer. Edit. Francofurtens. Anno 1724. sub Num. CCCXC VII. pag. 949. seqq.*

Atque hæ Imperialiæ Constitutiones Imperiali Cameræ pro norma traditæ fuerunt in Novissimo Conventu Imperiali, qui Visitationis Cameræ gratia fuit Wetzlariæ per Decretum 27. Novembris 1713. ad quod



quod sese refert *Recess. Visitat.* adeo ut post ratificationem Cæsaream in Comitibus Anno 1719. publicatam, Constitutio supra dicta Josephi Imperatoris pro Legge Imperii publica cum consensu Statuum Imperii condita, omni Jure sit habenda. (oo)

(oo) Ad hunc locum Historiam Actorum Cameralium ulteriorem ab Anno 1681. quorum mentio injecta *supra pag. 344. & pag. 351.* enarrare reservavimus.

Officialis Leodiensis parendo Mandato Electoris Archi-Præfulis Serenissimi, vel interpretationem laxiorem faciendo, non neglexit Advocatos, Procuratores & Notarios Curiz suæ Juramento obstringere tali:

*Item juro, quod nullo modo excogitabili cooperabor, ut aliquis recursus fiat à Sententiis Officialis aut Judicum Ecclesiasticorum ad Laicos, imo revelabo superioribus meis eos, qui id fecerunt, nec contraveniam ad quemcunque gradum fuerim evectus.*

Contra hunc abusum Ecclesiasticæ Jurisdictionis gravissimum ad instantiam Procuratoris Fiscalis Cæsarei Generalis Mandatum fuit Anno 1686. decretum, speciatim adversus Officialem Leodiensem *de cassando & annullando, nec non imposteriorum amplius exigendo Juramenta per Suprema Imperii Tribunalia reprobata Sine Clausula, cum Citatione ad docendum, vel videndum & audiendum se privari Jurisdictione temporali, nec non aliis Prærogativis, gratiis, beneficiis & Privilegiis ab Imperio provenientes sui que ab Officio remotionem Principi demandari.*

Reproductum fuit hoc Mandatum Spiræ 29. Novembris 1686. & Proclama decretum contra non comparentem Officialem 13. Decembris 1686.

Postquam quievisset dudum hæc causa, & interim per Patentes Imperatoris Josephi abusus isti fuissent coërciti, nec non Anno 1712. per Rescriptum Imperiale, cujus Tenor est sequens:



## CAROLUS SEXTUS &amp;c.

Illustris, &amp; Magnifice, Fidelis, Dilecte.

*Exposuerunt Nobis humillime Civitatis & Patriæ Leodiensis Scabinum, quem in modum non solum juxta Decreta Pontificia, sed & antiquissima Provinciæ illius Concordata & Statuta prohibitum sit Judicibus Ecclesiasticis, & inter alios Officiali Curie Episcopalis Leodiensis causas in materiis purè secularibus & profanis coram Judicibus Secularibus introductas ad Forum Ecclesiasticum per Inhibitoriales sub prætextu Clericaturæ, nisi de Clerico qui Tonsuram & habitum Clericalem juxta Sacros Canones gestet, agatur, evocare, prout recursus ejusmodi sæpius à Camera Nostrâ Imperiali Wezlaræ & à Fratre Prædecessore quondam Nostro JOSEPHO Romano Imperatore Colendissima Memoriam signanter per Literas Patentes de 5. Decembris Anno 1710. sint cassati, factumque proinde sit ut idem Frater Noster Colendissimus alium quoque ab usum quem præfata Episcopalis Curia introducere videbatur, Literas Inhibitoriales quibuscunque Advocatis, Procuratoribus, Notariis, aliisque innumeris, quos Socios Curie nuncupant, in causis secularibus concedendi expressè improbaverit, quin & in causa Commissariorum ejusdem Civitatis Leodiensis contra Exconsulem Hodin qui sub simili prætextu Socii Curie ad præfata Episcopalis Curie Forum recurrerit, ventilatâ, Consilio Nostro Imperiali Leodiensi benigne rescripserit, quo rationes utriusque partis audiret, easque cum voto referret, quæ res inopinata morte Suae Majestatis ac Dilectionis subsequuta manserit interrupta. At quamvis pendente illa lite Inhibitoriales ejusmodi ab Officiali concedendæ haud fuissent, nihilominus tamen cum Jodocus Banex a Bione personaliter coram exponentium Tribunali ad instantiam Thomæ Potier in materia pure seculari & profana conventus esset, dictus Banex Literas Inhibitoriales in qualitate Clerici Tonsurati & Socii Curie à dicto Officiali obtinuerit, cum consuetâ inter Judices Ecclesiasticos comminatione censurarum, aliarumque pœnarum,*

*atque*



atque præfatus Banex Privilegiis Clericaturæ frui non possit, quippe qui Uxorem duxerit, gladiumque & cujuscunque coloris vestes etiam atro insignitas publice gerat, absque ulla Tonsuræ apparentia, cumque nec qualitas Socii Curiae exponentibus nota esset, ideo exponentes ad instantiam præfati Potier dicto Banex injunxerint, quatenus recursum illum tanquam Jurisdictioni seculari Sacri Romani Imperii præjudicalem revocaret, eoque in contumacia remanente, ulterius Decretum tulerint revocandi recursum illum sub consuetâ in similibus casibus, juxta exponentium stylum, comminatione Decreti capturæ, ac tandem attentâ ejusdem Banex contumaciâ contra ipsum, tanquam Jurisdictionis secularis turbatorem, capturæ Decretum tulerint. Quibus ita gestis cum præfatus Officialis, non solum contra præfatum Potier, sed etiam adversus ipsos oppositos, ejus Jurisdictioni nullo modo subiectos, Mandatum Cassatorium relaxasset, eosdem oppositos ad comparandum infra duas horas post intimationem coram suo Tribunali citando, dicti exponentes ne ejusmodi attentatum dissimulare viderentur, Mandatum istud, quanquam nulla adjectâ contra præfatum Officialem Citatione, cassarint & annullarint, quibus vero præfatus Officialis haud contentus literas fortiores contra ipsosmet exponentes concesserit, eosque rursus ad comparandum intra tres horas citavit, ac deinceps Mandatum Arresti contra ipsorum Bona cum Citatione relaxavit. Humillimè nobis proinde supplicando, ut cum ea omnia non solum in manifestam Jurisdictionis secularis & Sacri Romani Imperii subversionem tendant, faciliemque viam aperiant Clericis conjugatis, nullâ Tonsurâ, habituræ Clericali insignitis & innumeris aliis nomen Sociorum Curiae usurpantibus, ad Judices Ecclesiasticos recurrenti, sed etiam in attentatum cadant, ac propterea quam maxime secularis Jurisdictionis manutenenda sit, nos memoratum Officialis Processum tanquam notoriè nullum superabundanter adhuc cassare & annullare cum omnibus subsequitis clementissime dignaremur, quemadmodum ex adjuncto Supplicis Libelli & adjunctorum exemplis fusius videre est.



Quandoquidem igitur rebus istis coram Consilio Nostro Imperiali Au-  
 lico auditis ex Citatione ab Officiali supra dicto emanata atque aliis  
 adjunctis apparebat, quod ipsemet Officialis contra Patentium Ca-  
 sarearum 5. Maji Anno 1710. datarum Articulum decimum quin-  
 tum (citra quem etiam magnam sub- & obreptionem factam esse  
 non una pars conqueritur) non uti Secularis Judex, sed uti Eccle-  
 siasticus per comminationem censurarum Ecclesiasticarum procedere  
 ausus fuerit, Nos proinde ex ista aliisque causis permoti dictum Pro-  
 cessum Officialis annullandum duximus, quemadmodum Tenore præ-  
 sentium annullatum volumus & Advocato Banex sub pœna decem  
 Marcarum Auri puri serio ac districtè injungimus, ut à recursu ad  
 Officialem in præsentis causa absteineat, & Jurisdictioni Scabinali se  
 in ea absque mora & tergiversatione subjiçiat, qua tibi eum in  
 finem hisce nota esse volumus, ut nomine & autoritate nostra Im-  
 periali illic suo loco congruè repræsentes, atque ex mente nostra exe-  
 quaris, & Nos quod reliquum est gratiam nostram Casaream tibi  
 constantem volumus. Datum in Civitate Nostra Vienna die deci-  
 ma nona Februarii Anno Millesimo Septingentesimo Duodecimo,  
 Regnorum Nostrorum Romani primo, Hispanicorum nono, Hun-  
 garici & Bohemici verò pariter primo.

CAROLUS.

Frid. Carol. Com. de Schönborn. Vt.

Franciscus Winandus de Bertram.

Superscriptio erat cum Sigillo Casareo ex altera parte impresso.

Illustri & Magnifico Nostro Plenipotentiaro in Episcopatu Leodiensi, Sacrique  
 Imperii Fideli Dilectio Gothardo Helfrido Comiti & Domino de Welz  
 Baroni in Eberstein & Spiegelfeld.

Eodem Anno 1712. Procurator Fiscalis implorationes suas re-  
 petiit. Tum vero nomine Officialis facta est in Judicio Ca-  
 merali declaratio & paritio sequentem in modum :

Scriptus Recessus loco oralis.

Illustrissima Excellentie Vestra Procurator Reverendissimi Officialis Leo-  
 diensis humillimè exponit, quod Dominus Officialis firmissima quæ-  
 dem opinionis fuerit, exterius rubricatam causam, propter instan-

ziam



tiam Invictissimo Imperatori Leopoldo Gloriosissima Memoria, ab Eminentissimo Cardinale, & Sancta Sedis Apostolicae Nuncio Bonvisi, tum temporis desuper factam, hactenus prorsus sopitam mansisse, eo quod neque pratensum Juramentum Sua Curia, Advocatis, Procuratoribus & Notariis, à multis hucusque Annis injunctum, neque recursus à suis Decretis & Sententiis ad Suprema Judicia Secularia in causis merè profanis & civilibus, vetiti fuerint, quatenus accepta prater omnem opinionem paucis abhinc diebus certioratione de reassumptione & persecutione Processus suprà mentionati, necessarium duxit pro manifestanda & contestanda plenaria eatenus dudum facta partitione, hoc impressum sub Lit. A.\* (cujus authentica exhibitio, si opus, hisce offertur) humillimè producere: Cum itaque ex postposita ibidem plenaria receptione & publicatione hujus Adjuncti, evidenter constet, Juramentum pratensum in Curia Leodiensi non amplius receptum esse, sed jam pridem obsolevisse, & per consequens recursus ante memoratos non impediri, de quo insuper firmiter contestatur; Hinc Illustrissimam Excellentiam Vestram Procurator, qualitate qua suprà declarationem juxta Tenorem impressi modo factam pro sufficienti partitione haberi humillimè petit.

\*Sunt Patentes Imperat. Josephi de quibus supra pag. 352.

Ad quam publicata est 15. Januarii 1714. Sententia:

In Causa Fiscalis Casarei Generalis contra Michaëlem Cleric. Officialem Leodiensem, Mandati (ut in Rubro pag. 353.) declarationem per Licentiatum Steinhausen 9. Maji Anni proxime prateriti partitionis loco productam pro sufficienti acceptamus, tali tamen modo, ut pradietus Officialis non solum imposterum ab exactiōe Juramentorum in præjudicium Jurisdictionis Imperii abstineat, sed etiam illa qua antea fuere exacta re ipsa casset & annulet, idque sub pœna in Mandato & respectivè Citatione comprehensa. Licentiatum Steinhausen ad docendum de facta realiter cassatione & annullatione tres Menses pro Terminò & Prorogatione præsigentes.

Officialis etiam ulteriori Recessu partitionem declaravit, qui sequitur:

Ulterior scriptus Recessus loco oralis.

Procurator Reverendissimi Domini Officialis Leodiensis, eoque nomine



mine humillimas rependi gratias, quod Illustrissima Excellentia Vestra declarationem loco partitionis die 19. Maji Anni proxime elapsi productam pro sufficienti acceptare dignata fuerit.

Verum ad illud, quod Domino suo Principali injungitur, ut non solum impofterum ab exactiōe Juramentorum in præjudicium Jurisdictionis Imperii absteineat (prout de facto jam diu abstinet, ut ex ante productis, & declaratis constat) sed etiam illa, qua antea fuere exacta, re ipsa casset & annullet: idque sub pœna in Mandato, & respectivè Citatione, comprehensa, profundissimo cum respectu exponit, hanc cassationem, & annullationem à dicto Domino suo Principali minime dependere, quin etiam quoad ipsum esse omnino impossibilem.

Enimverò talis olim Juramenti exactio, non à dicto Domino suo Principali, sed à Serenissima Sua Celsitudine Electorali, Maximiliano Henrico, Principe, ab Anno 1681. emanavit, teste adjuncto sub Lit. B.\* Huic porro Mandato seu Ordinationi tanquam à Principe suo emanatis, parere necesse habuit dictus Dominus suus Principalis, ut omnia Jura clamant, ac proinde omni ex parte excusandus venit: L. in fraudem. 10. §. ult. ff. de his quibus ut indign. L. si tantum. 13. ff. ad Leg. Falcid. Ac sane talis Juramenti exactio non ipsi Officiali Leodiensi, utpote mere sui Principis Mandatum exequenti, sed soli Principi ita ordinanti, tribui debet, ut Jure tam Canonico, quam Civili cautum est, cap. super literis. 20. de Rescriptis. cap. cum aliquibus. 4. X. eod. tit. lib. 6. L. item eorum. 6. §. si decuriones. ff. quod cujusque universitat. nom. L. unum. 67. §. 10. ff. de Legat. 2do. L. 2. §. omnia. Cod. de veter. Jur. enucleat.

Non minus igitur verissimè, quam humillimè superius expositum fuit, quod dicti Juramenti exactio, non ab ipso Officiali Leodiensi dependerit, aut dependeat, ast unicè ab ipsomet Principe ita ordinante, seu præcipiente;

Quibus subsequens addi potest dilemma: Vel illud Juramentum fuit validum, vel invalidum seu ipso facto nullum:

Si validum, non videtur cassandum aut annullandum saltem ab ipso Officiali

\*Rescript  
Electo.  
de quo  
supra  
pag. 345.



*Officiali Leodiensi, cum non ipse talem Ordinationem tulerit, est ipsemet Princeps, cujus proinde solius sicut fuit istam legem contere, ita & illius solius est illam tollere:*

*Quinimo ad talem cassationem, & annullationem requireretur absolutio à dicto Juramento, quam tamen certissimi Juris est ab ipso Officiali concedi non posse, utpote nullam in Foro gratioso Jurisdictionem habente, sed solummodo in contentioso. Si invalidum, seu ipso facto nullum, tunc sane à dicto Officiali rescindi, seu cassari non potest.*

*Quandoquidem non minus Juridica, quam naturalis sit conclusio, quod id, quod nullum est, cassari, seu rescindi non possit, L. nam etsi sub condit. 5. ff. de injust. rupt. L. obligare. 9. §. tutor. 5. ff. de author. tutor. L. si tutor. 4. Cod. in quib. caus. in integr. restitut. est necess. cap. ad dissolvendum. 13. X. de desponsat. impuber.*

*Hinc demonstrativè patet quod prædicta cassatio & annullatio, sit respectu dicti Officialis omnino impossibilis:*

*Nam, ut immediatè dictum, vel illud Juramentum fuit validum, & tunc à solo Principe utpote illud injungente cassandum; vel invalidum seu nullum, & tunc nulli cassationi seu annullationi obnoxium.*

*De cætero injuncta illa cassatio seu annullatio ab Officiali præstanda, videtur superflua. Quandoquidem per Patentes jam tum productas, à Sacra Casareâ, Regiâque Majestate emanatas, illud Juramentum, sicut & Appellationes, ac Processus ad Judices Ecclesiasticos sint declarati ipso facto nulli, & cassati.*

*Unde post talem solennem, & quidem à Supremo Judice declaratam nullitatem & cassationem, incivile foret imò & indecorum Officiali Leodiensi, casu quo cassandi & annullandi potestas ipsi competeret (quod non) inferiorem suam Jurisdictionem supremis immiscere, aut cassare & annullare illud, quod jam tum ab Imperatore cassatum & annullatum reperitur.*

*Quare cum ex præmissis luculenter constet, quod præmissi Juramenti exactio, non ab Officiali Leodiensi, sed ab ipsemet Principe ordinata, seu positiivè injuncta, reperitur. Cum insuper pateat quod*  
*nulla*



nulla dicto Officiali tale Juramentum cassandi, aut annullandi competat facultas;

Ac proinde quod ad talem cassationem obligari non possit, per tritam regulam, quod impossibile nulla sit obligatio, quae regula procedit, tam in Contractibus, quam in Sententiis & Praeceptis, ut per Surdum decis. 289. num. 21. & alios unanimiter Doctores. Cumque tandem illud, Juramentum sit ipso facto nullum, & cassatum Supremi Judicis auctoritate, ut per praelibatas Patentes, sat superque colligere licet.

Dictus qui supra Procurator Jure meritissimo confidit praetactam declarationem de dato dict. 19. Maji pro sufficienti paratione purè, & simpliciter acceptandam esse, prout & eandem ita pro sufficienti purè & simpliciter acceptari humillime rogat, nobile & benignissimum desuper Supremi hujusce Dicasterii Officium humillimè implorando.

Qua declaratione facta, quievit hic Processus, cum primis postquam de Appellationum cursu ab Officiali Leodiensi ad Judicia Imperialia ulterius impedito nullà amplius querelæ fuerint auditæ.

### Aphorismus XV.

Et hoc ipsum etiam bono publico & Subditorum saluti congruit, quia plurium Magistratum communis ac concurrentis potestas facit ad culturam Justitiæ saniolem, & exercitium Jurisdictionis frequentius ad Litium celeriolem expeditionem, Judiciumque diligentiam in administratione Juris & æqui stimulantem, ad evitandas Sordes atque Suspiciones tollendas.

licet tam in  
Provinciæ  
Episcopo sint c  
tamen dici t  
Jurisdictio  
concedere vo  
universali Jurisd  
cumbuscunq  
exercuit.  
generalem hanc  
Jurisdictionem a  
Magistratus tam  
Provinciæ Oppid  
tantum, sed per  
Episcopum  
Pax Flonen  
fuit, que  
exercere pote  
exercuit.

que sub sequ  
& Magistr  
adversus eam  
illiusque Ad  
que eidem in  
causa hæc in



das. Leucht. dict. *quæst. 1. circa fin.* post Gylman. *ibi citat.*

Hinc licet tam in Civitate Leodiensi, quam in singulis ferè Provinciæ tam Pagis quam Oppidis speciales ab Episcopo sint constituti Judices, qui Scabini dicuntur, attamen dici non potest nec præsumi, quod Princeps ipsis Jurisdictionis localis exercitium concessisset, aut concedere voluisset, aliter quam cumulativè cum universali Jurisdictione, quam per Officialem suum in quibuscunque locis inter Laicos æque ac Clericos hucusque exercuit.

Universalem hanc Episcopi seu Officialis Leodiensis Jurisdictionem ægre ferentes, aliquando Scabini & Magistratus tam Civitatis Leodiensis quam aliorum Provinciæ Oppidorum, eandem aliquoties impetere tentarunt, sed per Pactum publicum sub Anno 1332. inter Episcopum & Magistratus jam dictos initum, vulgo Pax Flonensis nuncupatum, conventum & ordinatum fuit, quod Officialis Leodiensis Jurisdictionem exercere poterit, quemadmodum antiquitus illam exercuit.

Cumque sub sequenti Seculo decimo quinto præfati Scabini & Magistratus Seculares Civitatis & Oppidorum adversus eandem Officialis seu Curix Jurisdictionem illiusque Advocatos, Procuratores, Notarios, aliosque eidem inservientes nova attentata perpetrassent, causa hæc in Curia Romanâ (ad quam ipsi



met appellaverant) acriter disceptata fuit, atque decisa per Sententiam in Anno 1465. latam, quæ Paulina vocatur, qua in Terminis expressissimis declaratum & judicatum, quod verum & plenum Dominium atque omnimoda Jurisdictio, tam in temporalibus quam spiritualibus, merumque & mixtum Imperium per Civitatem Leodiensem aliasque Oppida & loca totius Patriæ Leodiensis & Comitatus Lossensis ad Episcopum pro tempore & Ecclesiam Leodiensem spectaverint, & pertinuerint, spectent & pertineant, cassanturque ac revocantur & irritantur quæcunque adversus Episcopi seu Officialis Jurisdictionem gesta & attentata, & signanter ea quæ contra Curia illius Advocatos, Procuratores, Apparitores & Executores per Scabinos & Magistratus jam dictos acta & perpetrata fuerant, prout ex eadem Sententia quæ in Historia Leodiensi apud Chapeauville & Fisen latius videri potest.

Hæcque Sententia non solum uti legitima in Comitibus Ordinum Patriæ Leodiensis & Comitatus Lossensis sub eodem An. recognita & acceptata fuit, sed & per Decreta Imperialia sub Annis 1627. & 1628. contra Civitatem Leodiens. emanata in contradictorio approbata.

Adeoque dici nullatenus potest, quod Officialis Leodiensis Jurisdictio universalis, quam Episcopi & Principis vice exercet, per præscriptionem fuisset acquisita vel usurpata, sed quod sit antiquissima, utpote non solum in Jure Canonico fundata quoad causas & perso-

eclesiasticas, seu  
 in omnibus Imperi  
 & Imperatorum  
 ius publicis ac S  
 auctoritate ema  
 re enim præse  
 Jurisdictio i  
 in Territori  
 Jure Territori  
 in omnibus antiqui  
 in omnibus Princ  
 ut transferri ne  
 ent namque P  
 & universal  
 nam alii per V  
 prout in Leod  
 eorum aut Pro  
 datur in I  
 Principis  
 Præses, qui un  
 Jurisdictio  
 vel exercere p  
 Principis Episco  
 Fideles nunci  
 quo antiquitu  
 Provincie a  
 tantum per u



personas Ecclesiasticas, sed & in Jure Civili, nec non in Constitutionibus Imperii, & in supra relatis Regum Austrasiæ & Imperatorum Donationibus & Investituris, in Pactis publicis ac Sententiis, tum Cæsarea tum Pontificia autoritate emanatis.

Neque enim præscriptione acquisita aut usurpata dici potest Jurisdictio illa universalis, quam Principes Episcopi in Territoriis suis exercent, quandoquidem illam Jure Territoriali & Regali, quod à Regibus ac Imperatoribus antiquitus obtinuerunt, habeant, eaque taliter ossibus Principum Episcoporum adhæreat ut avelli aut transferri non valeat.

Habent namque Principes Imperii indubitam, ordinariam & universalem in Territoriis suis Jurisdictionem, quam alii per Vicarios & Locum tenentes seu Officiales (prout in Leodiensi Territorio) alii per Consilium Aulicum aut Provinciale exercent.

Neque datur in Patria Leodiensi vel Comitatu Loffensi alius Principis Episcopi Vicarius, Locum tenens, aut Præses, qui universalem Principis aut Præsidis Provinciæ Jurisdictionem ordinariam inter Laicos exerceat vel exercere possit præter Curiam sive Officiale Principis Episcopi, cui & duo Consiliarii qui Advocati Fiscales nuncupantur, adjuncti sunt, ad eum modum, quo antiquitus etiam sub Romanorum Imperio Præses Provinciæ à Principe constitutus cum Consilio assistentium per universam Provinciam Jura red-



dere solebat, Lancellot. in *Tribunal. Judic. lib. 1. cap. 7. num. 5.*

Quod ipsum etiam palam recognoverunt tres Provinciæ Ordines, dum sub Anno 1524. Privilegia Imperialia Patriæ Leodiensî ab Augustissimæ Memorîæ Imperatoribus Maximiliano Primo & Carolo Quinto concessa, in Curia Episcopali interinari, omnesque & singulos interesse prætendentes, non authoritate Scabinorum sed authoritate Officialis Leodiensis utpote ordinarii Provinciæ Præsidis citari fecerunt ad videndum & audiendum Privilegia illa judicialiter ibidem produci, recognosci, vidimari & publicari, eorumque transumpta in publicam formam redigi.

Extatque super notoria hac universali & ordinaria Officialis Jurisdictione solenne recordium DD. Consulium juratorum & Consilii Civitatis Leodiensis de Anno 1597. expeditum, relatum & descriptum apud Chokier in *Vindic. Libertat. Eccles. cap. 19. num. 6.* ubi Officialis Leodiensis asseritur Judex Provinciæ Ordinarius, eaque in qualitate inter partes indifferenter tam inter Laicos quam Clericos in quibuscunque causis, Spiritualibus, Civilibus, & Criminalibus, subintelligit illis quæ poenam sanguinis non inferunt, Justitiam administrare per universam Provinciæ & Civitatem, utpote repræsentans ea in parte Principem Leodiensem, addito etiam illud ipsum adeo notorium esse, ut nullus desuper ignorantiam prætexere queat, & à tempore

hominum r  
absque ulla cu

in Pan

Leodiensi

exercet Juris

Leodienser

in prima Insta

concurrat c

ullam in merè

tionem habens.

ipso quo

in factum d

eat ab eo ma

ationes seu au

Civitate fi

que ibidem I

tionem in c

primæ Tonf

in controve

orum atque a

tem, item Adv

Curie Episcop

Curie vocant

leo ut non solu

ntatis, tum alio

Jurisdictione



pore omnem hominum memoriam excedente fuisse observatum absque ulla cujusquam contradictione aut oppositione.

Rodingius *in Pandectis Camer. lib. 1. tit. 20. §. de Officiali Leodiensi* uti immediato Judice ita loquitur: Hic exercet Jurisdictionem non solum per totam ditionem Leodiensem, sed etiam per Comitatum Lössensem in prima Instantia quoad causas personales, ita ut in illis concurrat cum omnibus inferioribus Judicibus, nullam in merè realibus Jurisdictionem, minus executionem habens. Rei tamen vindicatio licet realis sit coram ipso quoque practicatur sub Terminis personalibus in factum directis, nimirum ut Possessor fundi amoveat ab eo manus & pedes, fiunt & coram eo proclamationes seu autiones publicæ domuum Venalium in ipsa Civitate sitarum.

Additque ibidem Rodingus: Vindicat sibi private Jurisdictionem in causis Viduarum, Pupillorum, Clericorum primæ Tonsuræ, licet in Matrimonio constitutorum, in controversiis validitatis vel invaliditatis Testamentorum atque aliis, subintellige miserabilium personarum, item Advocatorum, Procuratorum, aliorumque Curiaë Episcopi seu Officialis adscriptorum, qui Socii Curiaë vocantur.

Adeo ut non solum concurrentem cum Scabinis tum Civitatis, tum aliorum Provinciaë Oppidorum & Pagorum Jurisdictionem habeat, sed & privativam quoad



quoad personas miserabiles ac privilegiatas jam dictas, quæ si coram Scabinis in causis personalibus in Jus vocentur, ad statim per Mandatum Avocatorium sive Literas Inhibitorias causam ad Curiam seu Officiale Principis Episcopi avocare possunt ac solent, dummodo debitor citatus coram Scabinis in contumaciam non fuerit jam tum condemnatus, quo in casu ad Officiale recurrere amplius non poterit, nisi debitor talis esset majoribus Ordinibus initiatus vel taliter privilegiatus, ut ne quidem expressè Scabinorum Jurisdictionem prorogare possit, uti expressè ordinatum per Statuta Leodiens. quæ Groesbekana vocantur, de trium Patriæ Ordinum assensu publicata in Anno 1572. *cap. 8. artic. 2.*

Quod ipsum & vicinarum Provinciarum non solum moribus, sed & Juris communis dispositioni consonat *in l. unic. Cod. quando Imperator inter Pupillos & Viduas vel alias miserabiles personas cognoscit*, ubi statuitur, quod personæ tales, non solum suum ordinarium loci Judicem declinare, sed & causam adversarii ad Principis Tribunal avocare possint, uti passim Doctores *in dict. l. unic.*

Principis Leodiensis Tribunal namque cum sit Curia sive Officialis Leodiensis, isque in Territorio Leodiensi Imperatorem repræsentet, atque in illius locum subordinatè per Regalium concessionem subrogatus sit, Jure merito ad illum avocantur causæ Vidua-



duarum , Pupillorum , aliarumque miserabilium Personarum.

Estque & universalis, notoria & ubique recepta consuetudo , ut & Advocati , Procuratores , omnesque Curiarum socii gaudeant privilegio fori Curiaë cuius sunt socii , si Curia sit Principis, Hiltrop. *in Process. Judiciar. part. 1. tit. 19. num. 111. & seqq.* Blum. *in Process. Camer. tit. 26. num. 2. & seqq.* Mynsinger. *centur. 5. observat. 52.* Roding. *Pandect. Camer. lib. 1. tit. 4. num. 82. & seqq.* Carpzov. *lib. 2. Respons. tit. 2. respons. 13. num. 6.* Gratian. *Disceptat. Forens. cap. 340. & seqq.* aliique passim Doctores.

Hisque & aliis etiam rationibus motus Augustissimus Imperator per Patentes Cæsareas sub 5. Maji 1710. emanatas , *artic. 15.* ita statuit :

Quod attinet ad Advocatos , Notarios , aliosque Curiaë Episcopalis ut vocantur , socios & alios privilegiatos , cujuscunque Status , conditionis aut sexus , qui si ad alios Judices seculares citentur , ad Officialis Forum recurrere solent , ipsis quidem continuationem hujus recursus ad Officialem post hac , sed in actionibus tantum personalibus , atque ea sub Lege concedimus , ut Officialis isto casu , eodem (uti de causis appellabilibus supra dictum est) modo , non ut Judex Ecclesiasticus , sed ut secularis reputetur , & hujusmodi recurrentes in causis secularibus ab eo sub quocunque prætextu ad Judices Ecclesiasticos provocare nequeant ,

Ddd

ant ,



ant, sed in his semper ad secularia supra dicta suprema  
Judicia nostra Imperialia appellare, vel in causis ad ista  
non appellabilibus revisionem instituere debeant &c.

Porro ex præmissis recte infertur & probatur:  
I. quod Officialis Leodiensis Jurisdictio, utpote Principis  
Episcopi Vicarii & Locum tenentis, ab ipsa Episcopa-  
tus & Principatus fundatione originem suam trahat.  
II. Quod illius Jurisdictio sit ordinaria & universalis  
per Civitatem, Oppida & loca totius ditionis tam Pa-  
triæ Leodiensis quam Comitatus Lossensis, utpote qui  
olim quidem fuit Principatus & Ecclesiæ Leodiensis feu-  
dum, ast à quadringentis fere Annis ad eandem Eccle-  
siam Leodiensem revolutus atque reunitus. III. Quod  
vigore Jurisdictionis universalis, in causis personalibus  
& profanis concurrat cum Civitatis Leodiensis, cæte-  
rorumque Oppidorum & locorum Provinciæ Scabin-  
nis, adeo ut in actoris arbitrio & Electione constitutum  
sit, utrum cotam Officiali, an coram Scabinis actionem  
movere velit. IV. Quod in Causis Ecclesiasticis, uti Ec-  
clesiasticus Justitiam administret, in Secularibus vero  
& profanis uti Judex Secularis & Principis Locum te-  
nens, & Provinciæ Præses habeatur.

Quodque V. in causis Viduarum, Pupillorum, &  
Curia Sociorum, aliorumque Privilegiatorum, solus  
sit Judex competens, easque causas ad forum suum tra-  
hendi seu avocandi Jus habeat, prout per Cæsarea Pa-  
tentes supra relatas latius declaratum & decisum fuit.

*Finis Narrationis Historicæ.*

SUPPLE-





## SUPPLEMENTUM I.

*Ad Epistolam Dedicatoriam Illustrationes.**Per Literas ibi indicatas.*

- (a) **C**ensura sua notavit veteres Assessores Cameræ Mynsingerum & Gailium, Celeberrimus Thomasius in *Disputationibus variis*, cum primis vero *Disputat. de Jurisdictione & Magistratum differentia secundum mores Germanorum thes. VI. usque XVI.* quod nulla ab iis habita fuerit ratio Juris Germanici, sed solum allegaverint Leges Juris Romani, Glossatores, aliosque Auctores exteros Patrii Juris ignorantes, quibus, ut alius ejus temporis Doctoribus, nobilissimarum controversiarum veræ decisiones fuerint oclusæ. Exemplum quod adfert, ad Mynsingerum pertinet, (neque enim Gailius & Mynsingerus unquam una fuerunt Assessores) *ex Decade Respons. XIII.* à Reygero edita, *Respons. III.* decerptum, quod scripserat Mynsingerus Anno 1575. Quæstio erat de significatione vocum *der Vogtey mit Gericht / aller Gerichtigkeit und Zugehör* in Urbe Municipali, quæ Jura Dux Brunsvicensis Territorii Dominus, Magistratui Lüneburgensi vendiderat Anno 1493. cum pacto de retrovendendo, & Anno 1572. restituto pretio recuperaverat. Magistratus Jurisdictionem tantum inferiorem venditum & redemptum fuisse; Princeps contra Jurisdictionem omnimodam & venditam & recuperatam, contendebant. Facilem, ait Thomasius, ex Jure patrio decidi potuisse quæstionem absque subsidiis Juris Romani & Glossatorum. Ipse tamen fundamenta decisionis relatæ controversiæ non suppeditat. Nam quæ *thesi 23. & seqq.* proponuntur regulæ generales, quas, si recte applicentur, non rejicio, involvunt Lectorem, à dubiis non liberant. Imbutos fuisse & innutritos utrosque Jurisprudentiæ Cameralis Instauratores præclarissimos, pro more Seculi, Jure Civili Romano & Pontificio, nec non Glossatorum & exterorum Jctorum doctrinis (Germanorum enim præter Uldarici Zasii, non extabant scripta) iisque



que superfluo studio usos fuisse quandoque, non est abnuendum: Nolim tamen existimare quod omni Juris Patrii notitia, quatenus erat tunc temporis instructa, caruerint: Non puto nescivisse Mynsingerum, quid sit potestas Principis in Territorio, vide *dicti Responsi XIII. num. 4. 5. 36. 72.* confer Thomaf. *Disputat. de Statuum Imperii Potestate Legislatoria contra Jus Commune §. 68.* Et cum in dicta controversia Magistratus necessario anticipasset, quod ante contractum Anno 1493. penes ipsum fuerit Jure proprio Jurisdiclio plena: (de vocibus Juris Romani mixti & meri Imperii non erat contentio, sed de Jurisdictionis plenitudine.) Hæc vero ab alio quam Territorii Domino haberi non potuisset: Certe non erat tanti laboris decisio, cum Magistratus presumptionibus certasset, probationes attulisset nullas. Reprehendit porro Thomafius *thes. XIV. in dict. Respons. num. 112. seq.* & in *Observationibus* Wehneri, quod vocabulum *Vogteje* dixerit amphibolon, vel ut exprimam verbis Wehneri, sey ganz zweifelhaft/habe keine speciale Signification oder etwas gewisses zu importiren / sondern müsse nach Gelegenheit und Gebrauch oder Gewohnheit des Landes / des Herrn / der Städte die es brauchen/interpretirt und accommodirt werden. Cum Contractus iste Anno 1493. in scripturam redigeretur (verba sunt Thomafii *thesi. XI.*) quilibet sciebat quid sub nomine der Vogtey mit dem Gericht intelligebatur, nec poterant illo tempore prævidere, quod post Seculum celebratissimi Jcti & Assessores supremi Judicii Germanici sint ignoraturi mores Patrios & terminos Juris Patrii. Nihil dicam de tempore responsi Mynsingeriani, quod est privato nomine dudum post Assessoratum conscriptum, neque unquam hæc causa ab Assessoribus Camera tractata. Genuinam & certam generalemque significationem vocis ego in Dissertatione Thomafiana quaesivi, & principiorum Auctoris applicationem specialem cupide expectans, tandem spem meam frustratam esse deprehendi. Esto, in terris Saxonice nomine Vogteje designatam fuisse  
Juris.



Jurisdictionem omnimodam Civilem & Criminalem, vid. Schilter. in *Praxi Jur. Roman. exercitat. 10. ad tit. de postulando. 9. in adjuncto Respons. §. 10.* & Thomaf. *thes. 13. 14.* non tamen exinde sequitur hanc significationem esse in Germania universalem. Exempla enim plurima hodierna docent vere dixisse *Wehnerum*, quod ex usu Regionum & locorum significatio vocis sit æstimanda. Et quis testis erat futurus ad casum substratum, quod Jurisdictio urbana loci constituta fuerit juxta tradita Juris veteris Municipalis vulgo des *Weichbilds*? vide Thomaf. *thes. 82.* Qui Juris Germanici veteris indagatiōni dant operam, merito sunt laudandi, & multa utilia ex priscis monumentis Speculorum initio Seculi XVI. editorum posse hauriri, cum *Schiltero*, qui totus est in hoc studio, & *Thomasio* agnosco, sed normam in decidendis controversiis ex istis traditionibus, nisi etiam aliis sint suffulta subsidiis, secure peti, non sum persuasus, neque vidi exemplum. vide *Struv. in Histor. Jur. cap. 6. §. 22. usque 26.*

(b) *Deckherrus* in *Prefatione ad Collectionem suam Sententiarum*, arguendo errores *Blumii*, & inter eos, quod à Decreto Camerali denegatorio petitorum Appellationis Processuum Anno 1661. (vid. *Process. tit. 34. num. 95. juncto Libro Supplication. tit. VIII. num. 103. pag. 361.*) conclusisset, non dari repetitionem *floreni sexti, Usurarum nomine, ultra quincunces soluti*, ipse ab errore alio sibi non cavet, cum existimat denegatos fuisse processus, ob Sententiam prioris Judicis quæ transisset in rem judicatam. Ergo juxta *Deckherrum* Sententia etiam nulla vires rei judicatæ accipere potuit. Nulla autem erat Sententia contra universalem Imperii Legem pronunciata. Difficilem autem existimo normam dirimendarum controversiarum quam proposuit *Deckherrus*, dicta Prefatione, si quaestio existat de repetendo vel compensando sextario tantum usurario, sive in Regione aliqua quantum usurarum 6. pro centum Lege sit introductum, quod in pluribus Germaniæ Regionibus factum esse nemo dubitat, sive consensu tacito



permissum. Verendum est enim ne existat casus similis ei, qui fuit olim circa finem Seculi XVI. ut opus sit ea in re Legge Imperii nova. Cum enim antea, veneratione summa Juris Pontificii, stipulatio omnis usurarum in contractu mutui haberetur pro illicita, & Imperii Leges Politicæ ab Anno 1500. usque 1577. statuissent tantum modum annuorum reddituum, non vero usurarum: dubium incidebat, an esset potestas Judicio Camerali adjudicandi usuras in contractibus mutui, qui successu temporis venerant in usum: aliis ad Jus Romanum, aliis ad Pontificium, cum quo conformes essent Leges Imperii, respicientibus. Hac re ad deliberationem deducta, consultum esse putavit Collegium Camerale, ut decisio dubii relinqueretur Cæsareæ Majestati & Imperii Statibus: interim vero exorta lite de repetitione usurarum solutarum, Sententiæ in eo articulo cessarent. Exposuit Collegium prolixè rationes Consilii sui gravissimas in der Entschuldigung und Bedencken/warum dasselbe in Causis Usurariis biß daher nicht Urtheil eröffnet und ergehen lassen. Earum compendium est in Literis Domini Judicis Episcopi Spirensis Collegii nomine tunc exaratis. Utrumque vero scriptum legitur in tractatu Christoph. von Hagens de Usurarum usu Anno 1631. Wittebergæ edito cap. 6. pag. 198. & 233. Decisa tandem fuit quæstio Imperii nomine in Recessu Deputat. Spirensis Anno 1600. §. So viel nun diesemnach ic. 139. junct. Recess. Imper. 1654. §. Unreichend die künfftige Zins ic. 174. Pro historia veteri de Mutuo & Interesse, vid. Resolut. Dubior. Cameral. de Anno 1595. pag. 82. 83. 87. Edit. Wetzlar. In quæstionibus occurrentibus hodie de repetitione, imputatione in sortem, vel compensatione solutarum à debitoribus usurarum h. e. sexti nummi ultra quincunces an non rationes eadem quæ antea de omnibus Usuris erant, locum habere possint, ego privato meo judicio non definio, Literas tamen Collegii supra commemoratas ex Hagenio excerptas, quas etiam refert Cothmannus *Responsio* LII. volum. 2. (quod scriptum erat infine Seculi XVI.) addere



dere hic volui. De usuris sextantibus egerunt *Mev. tractat.*  
von Bucherlichen Contracten *part. 1. cap. 6. §. 5. seqq. cap.*  
*7. §. 4. & part. 2. decis. 208. & 213. Lyncker. decis. 458. &*  
*1357. Disceptat. Forens. resolut. 266. Klock. volum. 2. consil. 40.*  
*num. 138. Lauterbach. Colleg. Pract. tit. de Usur. §. 24. Grav.*  
*ad Gail. lib. 2. conclus. 8. considerat. 1. Hahn. ad Wesenbec.*  
*tit. de Usur. num. 14.*

*Sequuntur Litera ex Hagenio dict. loc. desumpta.*

Marquard von Gottes Gnaden / Bischoff zu Spener  
und Probst zu Weissenburg &c. &c. Lammer, Rich-  
ter &c. &c.

Unsern günstigen Gruss &c. &c.

**W**iewohl in des Heil. Reichs Abschied de Anno 70. uns  
unter andern ausdrücklich befohlen worden / was zuvor  
in des Heil. Reichs Ordnung und Constitutionen Anno 30.  
und 84. der Bucherlichen Contracten halber einmahl statui-  
ret und verabschiedet / dasselbe in kein ferner Nachdenken  
zu ziehen : Dieweil aber dennoch dieselben Abschiede und  
Constitutiones etwas dunckel / und daraus eigentlich nicht  
zu vernehmen ist / ob dieselben ohne Unterscheid auf alle  
Contractus Mutui, darin einiger Gewinna / Zins oder Ucu-  
rz, dessen sey wenig oder viel / mit unterlauffen / zu verstes-  
hen / oder allein in denen Fällen / da ein unziemlicher übers-  
mäßiger und unchristlicher Bucher und Gewinn gesucht  
und getrieben / also da über die Land- und Reichs- lauffig  
Fünff von Hundert genommen werden / statt haben sollen :  
Deßgleichen ob mehr ernannte Constitutiones und Abschie-  
de auf die repetitionem Usurarum, so vor vielen und langen  
Jahren gerichtet und gegeben / und also auf die vorgehende  
oder aber allein auf die künfftige Fälle / so sich nach dersel-  
ben Abschieden Publication erregt und zugetragen / zu zie-  
hen und zu verstehen seyn sollen. Also haben Wir auch  
noch



nochmals Bedencken gehabt / ohne der Röm Kayserl. Majestät und gemeiner Stände ferner Erklärung in solchen und dergleichen Sachen / Urtheil zu eröffnen und ergehen zu lassen / sonderlich in denen Fällen / da (wie gemelbt) auf die Solution verschriebener gewöhnlicher Land- / läufftiger Fünff von Hundert / oder auf die Restitution vorlängst erlegter solcher Fünff von Hundert geklagt werden solte / sindeimal es sich ansehen läst / das allerhöchst gedachte Kayserl. Majestät und gemeine Stände in obgemeldten ihren Abschieden und Constitutionibus nicht alle Contracten, da einiger Gewinn oder Usura in begriffen / sondern nur diejenige Bucherliche Contracten verbieten wollen / darin ein ungewöhnlicher / unziemlicher und unchristlicher Bucher wider Gott und Recht getrieben wird / massen solches aus der Reformation oder Ordnung guter Policy Anno 1530. zu Augspurg aufgerichtet und hernacher An. 1548. daselbsten repetiret und erneuert / im Versicul ansehend : Nachdem ic. nicht unlauffbar erscheinen thut / indem daselbsten eben diese jetzt erzehlte Wort gebrauchet und dieselbige verbottene Contract und Fälle in specie außgedruckt und erklärt werden :

„ Und das solches obangeregter Reichs- / Abschiede vermuthlicher Berstand sey / solches erscheinet auch daraus / das fast der mehrere Theil Stände im Reich / und also auch die Statuentes selbst Fünff von Hundert reichen und geben / auch darüber in ihren Landen und Gebiethen sprechen und verhelffen / etliche auch solches anderen durch öffentlich in Druck außgangener Ordnung zulassen und erlauben / welches sie sonder Zweifel nicht thun würden / da sie solches in mehrgedachten Abschieden und Ordnungen verbotten haben wolten : Und ob nun gleich solcher Reichs- / Abschied in dem Berstand den Geistlichen Rechten etwas zuwider seyn möchte / welche Rechte alle Zinse und Usuras, auch Fünff von Hundert zu nehmen verbieten. So ist im Reich Teutscher Nation nicht neu noch

felt,



seltsam / daß aus erheblichen und beweglichen Ursachen /  
und zu Erhaltung Fried und Ruhe im Reich etwas wider  
die Geistliche Rechte statuiret und geordnet worden wäre:  
Derhalben dann auch in diesem Fall ein solches / als Fünff  
von Hundert zu nehmen / wider gedachte Geistliche Rech-  
te aus ebenmäßigen Ursachen im Reich statuirt und einge-  
„ führet werden kan : Dann sonst da mehrgedachte  
„ Reichs Abschiede den Verstand nicht haben solten / daß  
„ auch diejenige Contract, davon nicht mehr als Fünff / oder  
„ minder von Hundert versprochen und gereicht werden /  
„ von unwürden und unbündig seyn / auch alle Zins / so  
„ Krafft solcher Contract der Zeit gereicht und gegeben  
„ werden solten wieder gefordert und repetirt werden mö-  
„ gen / würde daraus erfolgen / daß fast niemand würde  
„ wissen können / was sein oder eines andern wäre / son-  
„ dern würde manchem / der viel und lange Jahre ruhig  
„ und im Friede gessen / eine Quæstio oder Controversia mo-  
„ viret / und also sein Substantz oder Vermögen in eine Dif-  
„ putation und Zweifel gezogen würden / welches dann  
„ viel und mancherley Rechfertigung geben / und sich die  
„ Sachen am Cammer- Gericht also häuffen / und solches  
„ Gericht zu denen Sachen allein nicht genügen / sondern  
„ mehr Leute und mehr Unterhalts derselben vonnöthen  
„ seyn würden : Zu geschweigen was auch für tödtliche  
„ Handlungen / Urtheil / Irrungen / und anders daraus  
„ entstehen und erweckt werden möchten / sonderlich von  
„ den Erben und Nachkommen / welche die Zins / so ihre  
„ Vorfahren von vielen langen und undencklichen Jahren  
„ empfangen und schon verthan / und in ihrer der Erben  
„ Nutzen nicht kommen noch gewandt / wiedergeben und  
„ bezahlen solten : Inmassen dann viel Leute / sonderlich  
„ die so verderben und in Unvermögen gerathen / alle ihre  
„ Hoffnung darauf setzen / daß bald ein solcher Ausschlag  
„ oder Ausspruch am Cammer- Gericht beschehen solte /  
Eee „ damit



„ damit sie darnach ihre Forderungen wider ihre Credito-  
 „ res und deren Erben und Nachkommen um Restitution  
 „ der gereichten und empfangenen Zinsen anstellen / und  
 „ durch solches Mittel wiederum zu einem Aufnehmen und  
 „ Gedenen kommen / und dagegen ihre Gläubiger in Ab-  
 „ nehmen und Verderben gerathen möchten. Darauf aber  
 auch ferner erfolgen würde / daß hinfürter keiner dem an-  
 dern / sonderlich den Kauff- und Handels- Leuten mehr  
 dienen und etwas leihen würde: Dadurch dann die Welt-  
 liche Handel / so ohne solche und dergleichen Contract nicht  
 bestehen noch getrieben werden könnten / zu Grund und Vo-  
 den gehen müssen: da doch sonst nun diejenigen / so han-  
 deln wollen / nur wohl damit gedienet / wann man Geld  
 zu ihnen um gewisse Jährliche Zins zu Handel legt / dann  
 die sich in der Übermaß / was das Capital über Zins er-  
 wirbt / zu erfreuen haben / welches sie ohne das entrathen  
 müssen / da sie solch Geld im Handel nicht hätten; Daher  
 dann auch viele ansehnliche Rechts-Gelehrte der Meynung  
 seyn / daß solche jetzterzehlte und dergleichen Fälle den Gött-  
 lichen Rechten / darauf sich sonst die Päpstliche Rechte  
 fundiren und ziehen / keineswegs zuwider / sondern viel-  
 mehr demselben gemäß / dieweil in solchen Fällen nicht  
 contra charitatem Proximi, sed potius ex mutua charitate  
 gehandelt.

- (c) Ex his auctoribus allevit quædam nescio quis Glossatorum  
 ad Rodingii *Pandectas Camerales* lib. 3. tit. 2. num. 26. (vi-  
 de supra pag. 381. & seq.) Quæstio erat Vultejo volum. 1.  
*Consil. Marpurgens.* 34. de Testamenti cujusdam solemnibus, quod  
 dicebatur factum esse apud acta. num. 36. Negat Vultejus fuisse  
 legitime factum, juxta l. omnium. 19. Cod. de Testament. exi-  
 stimans num. 38. nullam aliam formam apud acta testandi  
 in universo Jure esse traditam, quam eam quæ fit per nuncu-  
 pationem, non qualemcunque, vel per relationem ad scrip-  
 turam, sed ita declaratam, ut, sive fit in scripturam redacta,  
 sive



five non, Judex de omnibus quæ testator post mortem fieri voluerit, notitiam habeat: Porro *num. 41.* licere testatori apud acta testamentum scriptum & ab ipso subscriptum obfirmatumque deponere, ita ut testium loco sint Acta, neque enim sublatis esse omnes solennitates in testamento apud acta faciendo, adeo ut juxta communiorem sententiam Interpretum etiam requirantur testes. Cum ergo Mynsingerus *Centur. 6. observat. 29.* aliam amplexus esset sententiam, nimirum testes non esse necessarios, atque ad exempla rerum in Camera judicatarum provocasset, Vultejus auctoritatem allegationis non agnoscens, Mynsingerum, ait, causam non expressisse neque circumstantias, cum vel minime variant decisionem. Ideoque, pergit, *Præjudicia Cameralia, quæ à Gailio, Mynsingero & aliis allegantur, non tam facile trahenda sunt ad exemplum, præsertim in controversiis perplexis & multiplicem distinctionem habentibus. Neque rarum est ut ipsi Domini Assessores Cameræ Imperialis à præjudiciis suis recedant, cujus exempla ex Observationibus Cameralibus allegari possent, nisi id quotidiana doceret experientia. Huc pertinet vulgatum illud quod dicitur, non exemplis judicandum esse, sed cujusque causæ momenta consideranda & ponderanda, adeoque ex his judicandum esse. Nec audet Mynsingerus affirmare, sicut etiam affirmare non potuit, per universam Germaniam eam sententiam usu & in Præctica servari, cum fieri nequeat, ut usus & Præctica Germaniæ præsertim in his quæ ad causarum decisionem pertinent, ulli Jcto, quantus quantus etiam ille sit, cognita sit & perfecta.* Hucusque Herman. Vultejus, qui scripsit hoc Consilium Anno 1590. Salvam tamen ego puto esse Observationem Mynsingeri, & de verbis tantum discordiam. Non enim negat Mynsingerus testium necessitatem, sed testium specialiter ad actum testamenti requirendorum. Actum enim coram Judice solo non declarari, sed presentibus personis aliis, qui sint testium loco. Et ea est Praxis Judicii Imperialis non dubia. Vidimus & nos personas Illustres Domino Judici

Eee 2

cum



cum Assessoribus in Senatu presentem testamentum exhibuisse obfignatum, ad acta deponendum, & ita acceptatum atque Lectori sive Archivario fuisse traditum.

Ernestus Cothmannus Jctus in celebritate fuit circa finem Seculi XVI. & initia XVII. (vid. Crameri *Vitas Jctorum part. 2. Volum. 1. Respons. 13.*) agit de probanda consuetudine, An sufficiat testimonium Doctorum? Ubi post adductas *num. 56.* Doctorum aliquot decades, qui cum Bartolo propugnarunt sententiam affirmativam, & *num. 60.* alias Doctorum, qui negativam sunt amplexi, ipse *num. 68.* regulari Jure posteriorem rectiorem & crebriorem esse dicit, subjiciens, Doctori insigni de consuetudine loci, in quo semper ac perpetuo vixit, vel Curia, in qua multos annos Jus dixit, credendum esse tantisper, donec probetur contrarium. Deinde *num. 210.* de exemplo rei in Camera Imperiali judicata Anno 1549. à Mynsingero citato *Centur. 5. observat. 96.* agit, & Fichardum Jctum quondam Civitatis Imperial. Francofurtens. secutus, *num. 129.* negat fidendum & innitendum esse decisionibus Mynsingeri & Gailii, quia Domini Assessores Camera non secundum eas, sed ex ipsis Legum fontibus causas decident, & in una eademque quaestione præjudicia à Mynsingero in Centuriis Observationum relata, contrariis à Gailio recitatis improbata esse legantur. Ita Cothmannus intellexit à Fichardo relata. Hic autem, *part. 2. consil. 59. num. 8.* (quod scripserat Anno 1567.) nescio qua allegatione Advocati adversarii motus, ita ait, *Decisiones neque Rotæ Romanæ neque Camerae Imperialis sunt præjudiciales, prout ex ore nonnullorum Dominorum Assessorum ipse audivi, postquam Mynsingeri Decisiones editæ & plures aliæ in scripto hinc inde divulgatæ fuerunt, (quarum scriptarum aliquot Centurias tam ex veteribus quam ex recentioribus ego quoque possideo) quod illis Decisionibus minime obstricti sint in casibus emergentibus ipsi definituri quod Juri & æquo convenerit. Et ita quoque pergit Fichardus, se res habet & in iisdem casibus in Camera*  
Impe-



Imperiali sæpissime contrariæ sententiæ latæ sunt. Manifesto id videre licet, in *Observationibus* Mynsingeri *centur. I. observat. 8. 70. 79. centur. II. observat. 9. 18. 59. centur. III. observat. 53. 83. seqq. centur. IV. observat. 42.* & aliis pluribus locis. Quare ejusmodi *Decisionibus* non tantum tribuendum est. Quod Rotam Romanam tam parvi faciat *Fichardus*, non miror. Sunt alii quibus nihil est sanctius. Ita enim *Quintilian. Mandosius tractat. de Commissionibus, edit. Spiræ Anno 1599. artic. 4.* Inter doctos Scriptores, ait lepide, non reperitur ulkus, qui ad *Sacræ Rotæ Decreta* non secus ac sitibundus ad limpidissimum fontem non currat, quo *Doctorum Scripta* alioqui sterilia, frugifera ac fructuosa redduntur. Miseram tunc *Jurisprudentiæ* conditionem, ad placita *Doctorum* fere redactam quis non videt? Redeamus ad *Cothmannum*, cui si non placuerit dicta *Observatio* Mynsingeri *96. centur. 5.* non tamen displicere poterat *Observatio 68. centur. 6.* Videntur omnino sibi contradicere, nisi differentiam statuas inter testimonium *Doctorum* & *Doctoris*. Parum abest, quin credam tunc temporis omnem fidem detractam fuisse *Viris rerum forensium peritis & consultis*, si non etiam essent *Doctores Academico titulo insigniti*. In thesi vera est doctrina *Gailii lib. 2. observat. 31.* Mynsingero tamen non contradicens, vide eundem in *Responsis*, (sunt autem *Decades priores Relationes Camerales*) *respons. 12. num. 23. respons. 13. num. 19. 27.* Quod de contradictoriis *Observationibus* & *Decisionibus* in una eademque *Juris* quæstione retulit *Fichardus*, ex quas ex *Mynsingero* citat, neque inter se sunt pugnantes, neque *Gailius* contra easdem. In hypothesei *contradictio* potest esse aliquando apprens, sed si *circumstantiarum* habeatur ratio, crediderim de his, vel verbis fore *dissentium*, non de re ipsa vel thesi. Testimoniis prudentum de *consuetudine* rite expositis, si fides non habenda esset, non poterit non esse *probatio difficilima*, ne inveniunt *Doctores*, *Responsa* petentibus elargientes, aliquam *contradicendi* causam.



(d) Dubias quaestiones Juris non una vice collectas fuisse & propositas, relictas tamen aliquas absque decisione, testantur acta publica. Er quis nescit difficultates in iis decidendis publico nomine & consensu communi? Nisi me fallit conjectura, ad quam inducor per Vota nonnulla Comititalia ante *Recess. Imper. 1654.* cum de materia Justitiæ in Camera Imperiali administrandæ deliberaretur, noluerit Status Imperii potestatem suam Legislatoriam in Territorio restringi, neque etiam, si quid statutum esset vel moribus receptum, alia lege universali abrogari. Mansit ergo in Constitutionibus Imperii admonitio de colligendis quaestionibus Juris dubiis & ad Eminentissimum Dominum Archi-Cancellarium Imperii transmittendis.

Seriem Actorum publicorum *de Dubiis Cameralibus*, hic subjungeri placuit: juxta *Numeros Corp. Jur. Camer. Francofurtensis & paginas Edit. Wetzlariensis.*

Dubia Anno 1585. proposita cum *Resolutionibus & Declarationibus DD. Visitationum, Francof. Num. 309. Wetzl. pag. 191. seq. & 281. seqq. in Recessibus Visitation.* Hæc deinde *Recessui Imper. Anno 1594. §. 50. seqq.* sunt insertæ, *Francof. Num. 321. Wetzl. Num. VI. Append. pag. 109. seqq.*

Dubia Anno 1595. cum *Resolutionibus DD. Deputatorum Imperii* suspensis tamen nonnullis Capitibus, *Francof. Num. 332. Wetzl. Num. II. Append. pag. 7. seqq.*

Sequitur Decisio *Dubiorum plurimorum per Recess. Deputat. Anno 1600.* aliquorum tamen decisio dilata, vide *§. 68. haben uns auch unsere Kayserl. Commissarien &c. 140. juncto §. 41. seq. Francof. Num. 346. Wetzl. Num. VII. Append.*

Dubia nova *cod. Anno* exhibita, *Francof. Num. 347. Wetzl. Num. IX. Append.*

Sequitur *Deliberatio Comitialis Anno 1641. in Actis publicis. Londorp. pag. 583. seqq.* ex qua excerpti *Vota* nonnulla:

*Saxon. Altenburgicum: pag. 583.*

Ibi: Das Justitz Wesen würde auch mehrers befördert / wann den Herren Cameralibus, weil ohne das anderer Sachen halber



halber dero Berichten und Gutachten dem nechsten Conclu-  
so gemäß sollte erfordert werden / zeitlich würde zugeschries-  
ben / inmassen auch neulich Hessen, Darmstadt erinnert /  
dass sie solten die wider einander lauffende Opiniones Came-  
ralium, oder doch nur die vornehmste / dergleichen bey *Gai-  
lio, Mynsingero*, und andern zu finden sind / zusammen tra-  
gen und in parato halten / damit man hiernächst darinnen  
eine Vergleichung treffen / und dermaleins gewisß seyn mö-  
ge / auf welche Opinion der Judex und die litigirende Par-  
theyen sich könten verlassen / dann es der edlen Justitz sehr  
schimpfflich ist / dass man in offenen Schrifften vorgibt /  
quod hodie Jus nostrum fere sit incertum, Præjudicia Præju-  
diciis contrariantur, daher die Sententiæ Judicum von etli-  
chen inter casus fortuitos heut zu Tage wollen gerechnet wer-  
den.

*Hassiacum: pag. 593.*

Was in nechster Session de decidendis Juris Controversiis erin-  
nert / und dass sich inferiora Judicia nach solchen Decisionibus  
auch richten solten / habe die Meynung gar nicht / dass das  
durch denen Ständen sollte præjudiciret / oder potestas in Ter-  
ritoriis statuendi benommen werden / wie wir dann die Er-  
läuterung deshwegen geben / wo die Stände certa Statuta  
oder gewisse Consuetudines haben / dabey sollen sie gelassen  
werden / und die Cammer soll / wie verordnet / darauf spre-  
chen / wo aber casus vel quaestio Juris controversi ist / und die  
inferiora Judicia und Schöpffen Stühl ungewisß seyn / quid  
Juris und was in selbigem Fall zu judiciren / so hätten sie  
die gedachte Decisiones zu observiren.

In Volumine cod. pag. 678. legitur Specificatio derer Puncten  
welche bey künfftiger *Deputation in Delibera-  
tion* zu ziehen / ubi §. II. 12.

So wären die darin noch nicht erledigte / und seithero von neu-  
em ereignete Dubia Cameralia, tam quoad Processum, quam  
Jura ipsa atque Leges zusammen zu tragen / und dahin zu  
trach-



trachten / wie selbige zu einer klaren beständigen und billichmäßigen Decision zu bringen seyn / und dadurch die bißhero zuweilen verspürte contrarietas Præjudiciorum, welche so wohl die Partheyen als Advocatos irre machen / daß sie nicht wissen / ob sie in ihren Händeln recht oder unrecht daran seyn / & consequenter, ob sie mit Recht verfahren oder weichen / und sich zu Ruhe geben sollen / fürtershin verhütet werden möchten; Was nun von solchen unerledigten und novis Dubiis erörtert wird / dasselbe wäre der revidirten Cammer- Gerichts- Ordnung convenientibus locis gleichermaßen zu inseriren und einzurücken.

Wobey nicht auffer Acht zu lassen / wie es dahin zu bringen / daß alsdann solche quæstiones decisæ, auch bey den inferioribus Principum & Statuum Tribunalibus in vorhergehenden gleichen Fällen / derenthalben sonst in der Stände sonderbaren Land- und Stadt- Rechten nichts eigentliches statuirt und versehen ist / in Observanz gebracht / und zu mehrerer Einführung gleichen Rechtens aller Orten in dem Heil. Reich denselben prellis vestigiis möchte nachgegangen werden: Wie aber Chur- Fürsten und Stände ein- und andern Falls halben gewisse aufgedruckte Rechte / Lands- Ordnungen / Particular- Statuten und löblich herkommener Gewohnheiten / oder auch in similibus rerum judicatarum & præjudicatarum Observationes haben / dabey seyn sie zu lassen / und solle denselben hierin durch die Erledigung angezogener Dubiorum Juris in Camera einige Beeinträchtigung nicht beschehen / noch sie hierzu verbunden seyn / sondern die in dem Kayserl. Cammer- Gericht wohl versehene Disposition, daß nemlich Cammer- Richter und Besizer schuldig jedes Orts löblichen Rechten und Gewohnheiten in judicando zu beobachten / allerdings bey Kräfften verbleiben.

Ad

quæstiones Do  
Generale respondit.

Considerationib

Contrarietät

erinnern v

und Sachw

oder Aff

gegeben und ha

sondern nac

minima enim cir

quia ex facto Juri

und anderster nicht

Camera in

beschiehe

der Aßen u

auf die veru

zu haben.

pro Consilium

erat tale

Consideratio

Proceslam quâ

Näthen da

Wage Dubia zusam

und das hier

Zeit nicht wen

Baden zu Manng

denen Ordin

Communica

nach ersehen /

Mängel um

kommen; So bi

Abelsoeren sel

Cameraia befar

und Buchwalter



*Ad Literas & quaestiones Dominorum Deputatorum Collegium Camerale respondit sequentem in modum in Considerationibus Anno 1643.*

Wegen angeregter Contrarietät der Präjudiciorum haben Wir gleichwohl dieses erinnern wollen / daß daran mehrentheils die Advocaten und Sachwalter selbst schuldig sind / in dem aus Mißverstand oder Affecten etwas pro contrario Präjudicio sie vorgeben und halten / welches doch contrari sich nicht befindet / sondern nach Gestalt des Facti und der Umständen (minima enim circumstantia interdum variat decisionem, quia ex facto Juris oritur) gar wohl bey einander stehen / und anderster nicht decidirt werden können noch sollen / derowegen Camera mit solchem Verdacht und Imputation gar ungütlich beschiehet; Zumalen wohl wissend / daß ohne Ersehung der Acten und befundene Gleichheit der Circumstanciarum auf die vermeynte Präjudicia wenig oder wohl gar nichts zu bauen.

*Sententia sive Consilium Dominorum Deputatorum erat tale Anno 1644.*

Wey der Filtften Consideration ratione Dubiorum Cameralium tam quoad Processum quam Jura ipsa ist gleicher gestalt in beyden Reichs Rätthen davor gehalten und geschlossen worden / besagte Dubia zusammen zu tragen / dieselbe reiflich zu überlegen / und das hierum gemachte Conclusum auf obangezogene Zeit nicht weniger höchstgedacht Ihrer Ehurs fürstl. Gnaden zu Mannß zu dem Ende zu übersichten / damit dieselbe denen Ordinari-Visitatoren und Revisoren bey Zeiten davon Communication thun / dieselbe sich darin der Nothdurfft nach ersehen / und bey bevorstehender Visitation die befundene Mängel um so viel desto mehr examiniren und remediren können; So viel aber die bey diesen Punkten von denen Herren Assessoren selbst berührte Contrarietäten und Präjudicia Cameralia belangt / welche sich theils auf die Advocaten und Sachwalter nicht unbillich ziehen lassen / da

FFF

wird



wird davor gehalten / daß zu mehrer Verhütung dergleichen Contrarietäten zu verordnen seye / daß die Herren Assessores alles Fleißes dahin trachten sollen / damit die Präjudicia sibi invicem contraria, in alle Wege verhütet werden.

*Sequitur Recessus Imperii Anno 1654. §. 135. & 136.*

Ratione Dubiorum Cameralium, (so wohl den Process, als die Jura selbst betreffend) sollen die Assessores dieselbe hierzwischen zusammen tragen/reiflich überlegen/ und das hierüber gemachte Conclusum nicht weniger zur Maynzischen Cammerley zu dem Ende überschicken/damit von daraus den verordneten Visitatoren und Revisoren davon bey Zeiten Communication beschehen / dieselbe sich darinnen der Nothdurfft ersuchen/ und bey bevorstehender Visitation die befundene Mängel nun so viel desto besser examiniren / und denselben abhelfen können.

So viel aber die bey diesem Puncten von den Assessoren selbst in ihrem Anno 1643. nacher Franckfurt den Deputirten überschickten Bedencken / berührte Contrarietäten und Präjudicia Cameralia anbelanget/welche sich theils auf die Advocaten und Sachwalter nicht unbillig ziehen lassen: sollen die Assessores solche gegen einander lauffende Präjudicia in alle Wege verhüten helfen / und da sich dergleichen Fälle begeben würden / förderlichst in Pleno sich eines gewissen vereinbaren.

*Recess. Visitat. Anno 1713. §. 84.*

Es ist gleichfals darüber geklagt worden / daß nicht allein viele gegen einander streitende Präjudicia sich bey dem Gericht hervor gethan / sondern auch so gar einige / welche der Ordnung und Reichs Gesetzen zuwider eingefolget werden; Solchem Mißbrauch nun abzuhelfen / wird dem Herrn Cammer Richter / Präsidenten und Besitzern alles Ernstes anbefohlen / dergleichen in alle Wege zu verhüten / und da sich solche Fälle begeben würden / förderlich in Pleno sich eines gewissen Schlußes zu vereinbaren / bevorab dahin zu sehen / daß



daß keine denen Reichs- / Satzungen offenbar zuwider ein-  
geschlichene Präjudicia bey Verfassung der Bescheide und Ur-  
theilen weiters gebraucht / oder künfftighin angenommen-  
nicht weniger in gleichen Fällen gleiches Recht und Process,  
vermöß des Deputations- Abschieds de Anno 1557. S. Ferner  
nachdem hiebey x. 5. und deren Reichs- Abschieden de Anno  
1566. S. Wann auch hinfürter x. 95. & de Anno 1570.  
S. Wiewohi auch in allem x. 75. cum 2 seq. erkennen werden.

Si placuisset DD. Visitatoribus Collegio Camerali specialia hac  
de re aperire, potuisset fortassis obmotum dubium resolvi, &  
ostendi, non esse contrarietatem, quam allegarunt aliqui vel  
Litigantium vel Procuratorum, non memores eorum quæ du-  
dum monuit Deckherrus *Vindic. tit. 2. num. 24. seqq.* in hunc  
sensum: Sententias publicatas sive Decreta quæ meri Facti  
sunt, quemlibet colligere secure: Quæ meri sunt Juris, diffi-  
culter: Quæ Facti & Juris simul sunt, de iis ita esse judican-  
dum, ne quis opinione præconcepta credat mutari non posse.  
Variare enim Circumstantias. In Extrajudicialibus, separan-  
da diligenter Decreta affirmativa à negativis. Ex his, quæ Pro-  
cessus denegant, difficilem esse argumentationem, quia non  
una, sed multiplex Judici esse potest denegandi causa. Ex af-  
firmativis recte proponi Processuum super casu simili decre-  
torum exemplum, sed cum cautela: inspiciendum enim esse  
decisionis eventum, infinitos enim Processus extrajudicialiter  
decretos post propositas Exceptiones per Sententiam cassari:  
Esse igitur pro allegato quocunque rei judicata, decretive  
exemplo præsumtionem aliquam, sed talem quæ probatio-  
nem contrariam admittat, aliud in Facto vel Jure contigisse:  
Retuli totius loci Deckherriani summam. Ubi etiam Senten-  
tiam Anno 1647. publicatam adducit, in qua animadversio  
continebatur adversus allegantem præjudicia: Die weil er Me-  
rita Cause principalis aufs neu einzuführen/ auch ungereim-  
te Präjudicia zu Behauptung seiner irrigen Meynung und  
Taxation des Richters widersprechlich zu allegiren sich un-  
terstan-



terstanden. Quæ ex Mynfingero & Gailio allegantur Præjudicia contraria, paucis examinare hic utile duximus:

Discordiam inter Mynfingero & Gailium facit Blumius *tit. 29. Process. num. 159.* nimirum Mynsing. *centur. 2. observat. 27. in fin. centur. 3. observat. 98. in fin.* & Gail. *lib. 1. de Pac. Publ. cap. 13. num. 9. seqq.* Non est res magni momenti, & incidit in logomachiam, hinc liberavit utrumque à censura Blumiãna Deckherrus *in Vindic. ad dict. tit. 29. num. 159.*

Deinde committuntur uterque à Blumio *tit. 35. num. 2.* in modo decernendæ relaxationis Juramenti ad effectum agendi, Mynsing. *centur. 6. observat. 84.* Gail. *lib. 1. observat. 22.* Explicationem dedit Deckherrus *in Monument. Antiq. pag. 650.* quem nos probavimus *Commentat. Systemat. sect. 2. §. 8. ad Observat. Magenhorft. 28.*

